Dolet etiã q̃ri vtrũ post hanc vitam aliqua peccata remittant. Qꝫ aliqua post hãc vitam remittant christus ostẽdit in euãgelio vbi ait. Qui peccauerit in spiritum sanctum nõ remittetur ei neqꝫ in hoc seculo neqꝫ in futuro. Ex quo datur intelligi sicut sancti doctores tradunt. qꝫ quedã peccata in futuro dimittẽtur. Quedam eñ culpe in hoc seculo relaxant. quedam vero parue etiam in futuro. que quidem post mortem grauant sed dimittuntur si digni sunt. si bonis actibus in hac vita meruerũt vt dimittatur eis. De illis etiam qui edificãt lignum. fenum. stipulam. dicit Augus. qꝫ ignem tribulationis transitorie inuenient cremabilia edificia que secũ portauerunt cremãtem. Ait eñ sic. Post istius sane corporis mortem donec de igne purgatorio veniatur ad diẽ damnationis ⁊ remunerationis. si hoc temporis interuallo spiritus defunctorum qui edificauerunt. lignum. fenum. stipulam. huiusmodi ignem dicantur ꝓpeti. quem alij nõ sentiunt qui huiusmodi edificia nõ portauerunt. vt inueniant ignẽ transitorie tribulationis venialia cõcremantem. nõ redarguo quia forsitan verum est. Sed quia dicitur saluus erit quasi per ignem. cõtemnitur ille ignis. Grauior tamen erit ignis ille. qꝫ quicquid potest homo pati i hac vita. Hic aperte insinuatur qꝫ illi qui edificant lignum. fenum. stipulam. quedam cremabilia edificia. id est venialia peccata secum portant. que in igne emendatorio cremantur. Unde cõstat quedã venialia peccata post hanc vitam deleri. Aug. in li. 8 ciuitate dei.

Qꝫ alij citius alij tardius purgantur in igne. b

In illo autez igne purgatorio alij tardius alij citius purgant ſm qꝫ ista peuntia magis vel minus amauerũt. Unde Aug. Post hanc vitã incredibile nõ est. nõnullos fideles qꝫ ignem quendã purgatoriũ. quãto magis minusue bona peuntia dilexerunt. tanto tardius citiusqꝫ saluari. Unde nõ frustra illa tria distinxit apl̃us. lignum. fenum. stipulã. que illi edificant. qui ⁊ si aliena nõ rapiunt. rebus tñ infirmitati cõcessis aliqua dilectione inherẽt. Qui ſm suos amãdi modos vl̃ diutius vt lignũ. vel minus vt fenũ. vel minimũ vt stipulam ignem sustinebũt. Qui ẋo superedificant auꝝ. argentum lapidem ꝑcio sum. de vtroqꝫ igne securi sunt. nõ solum ꝺ illo eterno qui cruciaturus est impios in eternũ. sed etiam de illo emẽdatorio quo purgabunt quidã saluãdi. Augu. in enchiridion. Quid sit edificare li. fc. sti. Augu. super ps̃. cxcij.

Opositio. c

Hic obijci potest. Si p lignum. fenū. stipulaz. venialia intelligunt peccata. ꝛ nullus adeo pfect⁹ est q̄ venialiter nō peccet. Ergo qui edificant auꝝ argētum lapidem p̄cioſum. edificant etiā ſibi lignum. fenū. ſtipulā. ergo p ignem tranſibunt. Ad quod dicimus q̄ nō oīs qui venialiter peccat. lignum. fenū. ſtipulam edificat. ſicut ecōuerſo nō oīs qui cōtemplat deum ꝛ diligit primū ꝛ opa bona facit. edificat aurum argentū lapidē p̄cioſum. ꝛ tñ in auro intelligit cōtemplatio dei. in argēto dilectio primi. in lapide p̄cioſo bona opera. Sed illi qui edificant lignū. fenū. ſtipulam deū cōtemplant ꝛ primū diligunt ꝛ opa bona faciūt. nec tñ edificant auꝝ. argentum. lapidem p̄cioſum. Hec em̄ edificat qui ſic illa tria facit. vt cogitet que ſunt dei. ꝛ qūo placeat deo. non mundo. Lignū vero ꝛ fenum. ꝛ ſtipulā accipi poſſunt ſeculariū reꝝ q̄ꝫ licite ꝓceſſuꝝ tales cupiditates vt amitti ſine animi doloꝛe nō poſſint. Hec ergo edificat is qui cogitat que mundi ſunt. qūo placeat mundo. qui circa diuitias ſuas qd̄ammodo carnali affectu tenet. et tñ ex eis multa beneficia facit. nec p eis aliquid fraudis vel rapine molit. Ex his ergo patet q̄ nō idē homo ſimul hec et illa edificat. Illa em̄ edificatio pfectoꝝ tñ eſt. qui nō cogitant placere mundo. ſed tñ deo. qui ꝛ ſi venialiter aliq̄n peccāt. feruoꝛe charitatis ita aſſumit in eis peccatū ſicut gutta aque i camino ignis et ideo nunq̄ ſecum portāt cremabilia. Hec autē inferioꝛ edificatio minoꝝ eſt. qui non tñ deo ſed etiam mundo placere cogitāt. deū tamen p̄ponunt. ſi vero mūdum p̄ponerent. nō ſupedificarent. ſed deſtruerent fundamentū. Affectiones ergo carnales q̄bus dediti ſunt domibus ꝓiugibus. poſſeſſionibus. ita vt nihil p̄ponant chriſto illis tribus ſignificantur que in mentes pfectoꝝ nō cadunt. ꝛ ſi alia venialia admittāt. In coꝝ dibus vero minoꝝ interdum durāt vſq̄ in finem. qui cū talibus edificijs tranſeunt. ſed diſſoluentur in igne. Ipſi vero merito fundamenti ſalui erūt. grauiſſmam tamen penā ſentient. Ex quo apparet quātam hic miſericoꝛdiā exhibet deus ꝛ quantā ibi exerceat ſeueritatem cum p eodem peccato multo grauius ibi puniat q̄ꝫ hic.

Soluit.

Quid ſit edificare a. a. et l. pre.

Auguſti.

Opinio quoꝝundā cū obiectiōe d

Sed forte dices illud eſſe accipiēdum de pena peccati. nō de ipſo peccato. quod Gregoꝛius dicit quedam leuia in futuro dimittēda. Si em̄ veram penitentiam habuerit quis. peccata omnia dimiſſa ſunt ei. ſed pena forte remanſit. Ideoq̄ꝫ ſi vere penitens obijt. ſine peccato tranſijt. Si autē vere penitens nō eſt in obitu. maculā poꝝtat que nunq̄ delebitur. Qui vero edificat lignum. fenū. ſtipulam vere penitet. quia bonus eſt ꝛ charitatez habet. ꝛ in charitate de hac vita tranſit. ergo ſine peccato trāſit. nō ſequitur. Verum qui dem eſt quia bonus eſt ꝛ charitatē habet ꝛ vere penitet. ꝛ tamē cū veniali peccato tranſit qō non deleuit penitentia. Penitentia em̄ nō delet niſi peccatū illud quod deſerit homo. Tale autē peccatum ſepe i hac vita nō delinquitur ab homine. ꝛ tamen vere penitens eſt. et ſi nō de omnibus venialib⁹ peniteat. Poteſt em̄ quis de omni mortali ꝛ de omni veniali penitere. excepto vno vel pluribus venialibus quidem. Sicut habet quis charitatem ꝛ vnū vel plura venialia q̄d de criminalibus nullatenus eſſe poteſt. Eſt em̄ aliquis bonus charitatē habens ſed adhuc quodaz cupiditatis affectu amans hec ſecularia. Talis exiſtēs ſubita morte oppꝛimit. In illo terreno affectu mortuus eſt. ꝛ tamē ſaluabitur. a quo nō ſe hic abſoluit. ergo poſt hanc vitaz ab illo purgabit. Conſtat ergo quedam peccata ſed leuia poſt hanc vitā dimitti. Si vero de pena peccati illud intelligi voluiſſent autoꝝes. cur magis cōmemoꝛaſſent leuia q̄ꝫ grauia. cum etiam grauium pena hic inexpleta poſt hanc vitam reſtet.

Q aliq̄s ꝺe penitet ꝛ ſi ſit de oī veniali.

De generali ꝓfeſſione quid ꝓſit e

Poſt hec conſiderandū eſt q̄d ꝓſit cōfeſſio illa vbi ſingula peccata que q̄ſq̄ fecit nō exꝓimunt.

Sane dici ꝑt. ꝙ oia criminalia semel saltē oꝑtet in cōfessiōe exꝑimi. nisi aliqua a mēte exciderint. Sed qꝛ nemo delicta intelligit oia. generaliter saltē ea cōfitere. quoꝝ memoriā nō habes. ⁊ sic nihil celasti ꝺ sceleribus tuis. Uenialia vero qꝛ inumerabilia sunt sufficit generaliter cōfiteri. nisi aliqua sint frequēter iterata. ꝑfectius est tñ etiaz illa exꝑimere si vales. Ideoq; quotidie generaliter fit ꝓfessio in ecclesia ꝑ venialibus .s. peccatis que quotidie admittimus. ⁊ ꝑ illis moriferis quoꝝ noticiā nō habemus. Aug. in quinta rñsione cōtra pellagianos.

Añ Aug. Ueritatē dicit deo penitens qñ nihil illi de cōmissis sceleribus celat nisi qꝺ ⁊ si volūtate celauerit. deꝰ ignoret. sed vitatē sibi dici vult ab eo vt veniā cōsequaꝯ. Si vero mēte aliqua exciderint. cōfiteꝯ veritatē deo cū generaliter dixerit. Deus q̄ nosti occulta cordis et opa mea ⁊ delicta a te nō sunt abscondita. quibus veniā largiaris ꝓcor. ⁊ hec est vitas cōfitentis quam diligit deus. Añ Ecce eñ veritatē dilexisti. Hic insinuaꝯ ꝙ generalis cōfessio etiā mortalia delet. quoꝝ intelligētia nō habeꝯ.

¶ Nemo cōfiteatur peccata que nō fecit. f

Sicut autez peni tens celare nō debet peccatū suū qꝛ superbia est. ita nec hūilitatis cā fateri se reū illius qꝺ se nō cōmisisse noscit. qꝛ incauta est talis humilitas ⁊ peccatorē ꝓstituit. Aug. de verbis apli. Añ Aug. Cum humilitatis cā mētiris. si nō eras peccator anteq; mētireris mentiēdo efficieris qꝺ vitaras Ueritas in te nō est nisi ita te dixeris peccatorez vt etiā esse cognoscas. Ueritas aūt ipsa est vt quod es dicas. nam qūo est veritas vbi regnat falsitas.

¶ De penis sacerdotis q̄ peccatū publicat cōfitentis. §

Caueat aūt sacerdos ne pctā cōfitentiū alijs ꝑdat alioq; deponaꝯ. Gregorius. vñ Grego. Sacerdos añ oia caueat ne de his que ei cōfitenꝯ pctā alicui recitet. nō ꝓpinquis. nō extraneis. nec qꝺ absit ꝑ aliquo scādalo. Nā si hoc fecerit ꝺponaꝯ ⁊ oibus diebus vite sue ignominiosus pegrināꝺo pgat. ¶ Qꝺ vo dictū est vt penitēs eligat sacerdotē scientē ligare ⁊ soluere. videꝯ cōtrariū ei qꝺ in canonibus repiꝯ. vt nemo. s. alterius prochianū iudicare ꝑsumat. sed aliud est fauore vel odio ꝓꝓriū sacerdotē cōtemnere qꝺ canones ꝓhibēt. aliud cecū vitare. Qꝺ Urbanꝰ facere monet. ne si cecus cecū ducat. ambo in foueam cadāt. Ait eñ vbanus scōs. Placuit vt nulli sacerdotū deinceps liceat quēlibz cōmissuz alteri sacerdoti ad pniam suscipe. sine eius cōsensu cui se ꝓrius cōmisit nisi ꝑ ignorātia illius cui ꝓrius cōfessus est. Qui vo cōtra hoc facere tēptauerit gradus sui piculo subiacebit.

¶ Ista est distinctio. xxj. huius quarti libri. In qua mgr̄ posteꝯ egit de tpe penitētie. Hic mouet quasdā questiōes circa determinata ⁊ soluit. Et circa hoc duo facit. Primo eñ q̄rit an etiā aliqua dimittaꝯ post hanc vitā. Scōo oñdit qūo mortale remittaꝯ cuius noticia nō habeꝯ. Primū facit vsq; ibi. Post hec cōsiderandū est. Scōm vsq; ad finē distinctōis. In speciali sentētia magistri stat in tribus ꝓpositōibus quaꝝ ꝑ est hec Magister hoc attestaꝯ ꝙ pctm̄ veniale etiā post hanc vitā remittaꝯ. Hāc magister insinuans querit. Utr̄ post hanc vitā etiā aliqua peccata dimittaꝯ. Et rñdet ꝙ sic ꝑ autoritatem dñi dicentis aliqua peccata nec hic nec in futuro remitti. et ꝑ autoritatē Gregorij dicentis quasdā culpas in futuro remitti quibusdā si tamē hoc meruerint in hac vita. Et ꝑ autoritatem Aug. dicentis eos q̄ edificant lignū fenum ⁊ stipulam ⁊ qui venialia peccata secū portāt ꝑ ignē purgatorij saluari quo ista peccata cremabunt. Postea dicit ꝙ ille ignis purgatorij quosdā tardius quosdā citius purgat ſm ꝙ aliqui magis vel minus bona cogitalia ī hac vita dilexerūt. vnde gradus dilectionis notaꝯ ꝑ hec tria scz lignū fenum ⁊ stipulā. Illi tamen qui supedificant auꝝ argentum ⁊ lapides ꝑciosos tā ab igne eterno q̄ ꝑ purgatorij securi sunt. Postea obijcit cōtra ꝓdicta hoc modo. si ꝑ lignum fenū ⁊ stipulam intelligunt venialia. cū nullus sit sine venialibus. ergo nullus est qui ista nō edificet ⁊ ita etiam viri ꝑfecti qui edificant aurū argētū ⁊ lapides ꝑciosos edisticabūt lignū fenū ⁊ stipulam. Et ꝙ alij sunt qui edificant lignū fenū ⁊ stipulā sicut impfecti qui quāuis deū cōtemplaꝯ ⁊ ꝓrimū diligant ⁊ bona opa faciūt. tñ nō dicunt supedificare auꝝ argentū ⁊ lapides ꝑciosos. ꝑ que ꝓdicta tria intelligunt. qꝛ nō habent hec tria excellēter. sed cū aliquo inordinato amore rei tpalis. Alij vo sunt qui edificāt auꝝ argentū ⁊ lapides ꝑciosos. sicut pfecti q̄ qdē intenti sunt cōtemplatōi dei que intelligiꝯ ꝑ auꝝ. ⁊ dilectioni ꝓrimi que intelligitur ꝑ argentum. ⁊ ceteris bonis opibus que intelligunt ꝑ lapides pretiosos. Isti edificare dicuntur nō lignum fenum ⁊ stipulam. sed impfecti qui simul cū deo cogitant que sunt mūdi edificāt lignum ⁊ stipulam. ⁊ talibus edificijs transeunt

et cremabunt igne purgatorij. Licet trāsitorie tñ grauiter puniunt. Hic em̄ misericordia exhibet. illic iustitia exercebit. Scēa ꝓpositio est hec. Sicut p generalē cōfessionem ⁊ verā cōtritōem veniale delet sic etiam mortale cuius nō habet noticia etiam si nō recitet. Hanc magister insinuās querit. si cōfessio ꝑfit si in ea singula peccata exprimātur. Et respōdet q̄ singula peccata mortalia quorū quis memoriā habet dz singulatim simul in cōfessione exprimere. sed quoz memoriā nō habet oportet saltē generaliter cōfiteri. venialia aūt q̄ innumerabilia sunt oportet ⁊ sufficit ea generaliter cōfiteri. Ad̄ subdit q̄ ꝑfessio generalis fit in ecclesia p quā remittunt peccata venialia ⁊ etiā mortalia quoz memoriā nō habemus. Addit etiam q̄ sicut penitēs nō dz peccata celare que fecit quoz scz habet memoriā. ita debet attendere vt peccatū nō cōfiteat quod nō fecit. q̄ sic mentiret ⁊ peccaret. Ultimo dicit q̄ sacerdos debet oībus modis peccata ꝑfitentiū celare. qō si nō fecerit deponendus est. addit etiā q̄ penitens nunq̄ debet ꝓpriū sacerdotem dimittere nec sacerdos quicūq̄ aliquē alteri sacerdoti cōmissum ad penitentiam suscipe debet. tñ ꝓpter ignorantiā ꝓprij sacerdotis potest penitens querere discretū sacerdotem. Et tñ in speciali.

Si peccata dimissa redeant.

DI. XXII a

QVnq̄z multis autoritatibus supra sit assertū in vera cordis cōtritōe peccata dimitti ante cōfessionē vel satisfactiōem ei etiā qui aliqñ in crimē relapsurus est. q̄rit. Si post cordis cōtritōem cōfiteri cōtēpserit. vel in pctm̄ idē vel silē recident. an pctā dimissa redeāt. Cuius qōis solutio obscura est ⁊ pplexa. alijs assertibus alijs ecōtra negātibus pctā semel dimissa vlterius replicari ad penā. Qui vero dicūt pctā dimissa redire. subditis se muniūt testimonijs. Amb. ait Bona te inuicē si alter i alterz peccat. alioquin deus repetit dimissa. Si em̄ in his cōtēptus fuerit. sine dubio reuocabit sniam p quā miscōiam dederat. sicut in euāgelio de seruo neq̄ legit. q̄ in cōseruū suū ipius deꝑhensus est. Itē rabanus. Ne q̄ seruū tradidit deꝰ tortoribus q̄adusq̄ redderet vniuersum debitū. q̄ nō solū pctā que post baptismū bō egit reputabunt ei ad penā. sed etiā originalia q̄ in baptismo sunt ei dimissa. Itē Greg. Ex dictis euāgelicis ꝓstat. q̄ si ex corde nō dimittimus. qō in nos delinquit. et hoc rursum exigit qō iam nob p pniam dimissum fuisse gaudebamus Itē aug. Dicit deus. dimitte ⁊ dimittet tibi. sed ego prius dimisi. dimitte vel postea. nā si nō dimiseris reuocabo te ⁊ quicquid dimisera replicabo tibi. Itē Qui diuini beneficij oblitus suas vult vindicare iurias. nō solū de futuris peccatis veniam nō merebit. sed etiā ꝑterita que iam sibi dimissa credebat. ad vindictā ei replicabunt. Item Beda. Reuertar i domū meā ⁊c. Timendus est ille ysiculus nō exponendus. ne culpa quā in nobis extinctā credebamus. p incautelaz nos vacantes opprimat. Itē Quecunq̄ em̄ p̄ baptisma. siue prauitas heretica seu cupiditas mūdana arripuerit. mox oim ꝑsternet in ima viciox Item Aug. Redire dimissa pctā vbi fraterna charitas nō est. aptissime dñs in euāgelio docet. in illo seruo a quo dimissum dñs debitū petijt. eo q̄ ille ꝓseruo suo debitū nollet dimittere. His autoritatibus innituntur q̄ dicūt pctā dimissa si replicant redire. simpliciter. Quibus opponit. Siq̄s p peccato ō quo penituit ⁊ indulgentiā accepit itez punit. nō videt iustum. Si punit p eo qō peccauit ⁊ nō emendauit iusticia est aperta. Si vero requirit qō fuerit cōdonatuz vel iusticia nō est. vel iusticia est occulta. Videt etiā deus bis in idipsuz iudicare. ⁊ duplex tribulatio cōsurgere. qō scriptura negat. Sed ad hoc pōt dici. q̄ neq̄ duplex tribulatio cōsurgit. neq̄ iudicat deus bis in idipsum. hoc em̄ fieret si post cōdignā satisfactōnem ⁊ sufficientē penā itez puniret. sed nō satisfecit digne ⁊ sufficienter. qui nō ꝑseuerauerit. Debuit em̄ iugē peccati habere memoriā. nō ad faciendū. sed ad cauendū. debuit nō obliuisci oēs tribulatōes dei. q̄ tot sunt q̄t sunt pctox remissiōes. Tot ergo debuit cogitare dona dei. q̄t mala sua. ac p illis vsq̄z in finē grās agere. Sed q̄z ingratus ad vomitū sicut canis redijt. anteacta bona mortificauit. ⁊ pctm̄ dimissum reuocauit. vt cui humiliato añ deus pctm̄ dimiserat eidē postea elato ⁊ ingto imputet.

Autoritatibꝰ astruit pctā redire.

Oppositō cōtra eos.

Beda super Lucam.

Aug. in li. ō baptismo.

Alioz sentētia. b

Gregorius i omel. quadā

SEd q̄z absonum videt vt pctā dimissa itez iputent. placet quibusdaz neminē p peccatis semel

nō virtute sacramēti. Sed corpus christi nō potest cōfici nisi de pane ꝓsecrato. nec vnctio illa fieri pōt nisi ɔ̄ oleo ab episcopo cōsecrato. Ideoq; illa sanctificatio ad ꝟtutem sacramēti ptinere videt. In cōiugio quoq; semel tm̄ benedicitur quisq; nō sepius. Benedicitur em̄ vt ait amb. cū prima ⁊ nō scōa vxore. Si ergo cū dicit sacramentū nō esse iterandum. nec iniuria ei esse faciēda. rōnem dicti referas ad satisfactōem rei qua sacramētū expleꝫ. de omni sacramēto generaliter id verū est. Si vero ad susceptōem sacramēti. de quibusdā verū est q; nō iterant crebra susceptiōe. de alijs ɔ̄ quibusdā nō q; frequenter sumunt. vt hoc vnctionis sacramentū quod in omni pene ecclesia sepe repetit.

Jsta est distinctio. xxiij. huiꝰ quarti libri. In qua mgr̄ postq; determinauit de baptismo qō est sacramentū intrantiū. ⁊ de cōfirmatione. eucharistia ⁊ pnīa que sunt sacramēta ꝓgredientium. Hic vero determinat de extrema vnctione que est sacramentū exeuntiū. Et tria circa hoc facit. Primo em̄ quid sit hoc sacramentuz manifestat. Scōo ostendit quid efficiat. Tertio suadet ne quis ipsum ex cōtemptu ⁊ negligētia p̄ termittat. Primū facit a principio distinctōis vsq; ibi. Hoc sacramentū vnctionis. Scōm vsq; ibi Quer̄t aliq; si hoc sacramentū. Tertiū vsq; ad finē dis. In spāli snīa magistri stat in tribus ꝓpōibus quaꝝ prima est hec. Extreme vnctiōis infirmoꝝ que fit in oleo cōsecrato p manus epoꝝ sunt tria genera iuxta dicta magistroꝝ. Hanc mgr̄ insinuās dicit p̄mo q; sacramentū extreme vnctiōis fit oleo p epm̄ cōsecrato. Et tangit triplex genus vnctōis. Est em̄ quedam vnctio p̄ncipalis que fit chrismate ex oleo. s. mixto balsamo. ⁊ tali vnctōe vngunt reges ⁊ pōtifices in capite. cōfirmādi aūt in fronte. baptisandi aūt in ⁊tice. Alia est vnctio qua vngunt cathecumini ⁊ inter scapulas Tertia est vnctio qua vngunt infirmi. ⁊ de hac ad p̄sens agit. ⁊ he due fiunt simplici oleo benedicto. Postea dicit hoc sacramentū institutū fuisse ab aplis vt dicit btūs Jacobus in canona sua. c. ij. Scōa ꝓpō est hec. Hoc sacrm duplici de cā ab aplis est institutū. s. ad pctoꝝ remissionē ⁊ ad corpalis infirmitatis alleuiatōem. Hanc mgr̄ insinuās dicit hoc sacrm institutū fuisse ad duplicē effectū. ad sanitatē aīe ⁊ corpis. q; tm̄ nō expedit hoī vt semp alleuiet corpaliter. ideo nō semp hoc sacrm sanitatē acquirit. qn̄ hoc sacrm deuote ⁊ fideliter recipit. Postea ponit huius sacramēti cōformitatem ad alia. Nā in hoc sacramēto est aliquid qō est sacramētū tm̄. vt ē extrema vnctio. ⁊ aliquid qō est res sacramenti. vt interior vnctio. i. peccatoꝝ remissio. ⁊ virtutū appositio. ⁊ ideo hoc sacrm cōtemnere vel negligere ꝑiculosum est. Tertia ꝓpositio est hec. Hoc sacrm ex cōtemtu ⁊ negligentia nō p̄termittat nec ipsum reiterat nisi morbus reuertat. Huius ꝓpositionis prima ps ptz ex premissis. scōam mgr̄ insinuans querit. Utr̄ hoc sacramētū possit reiterari. Et oñdit q; beatū Aug. q; nō. q; iniuriam facit sacramēto qui reiterat sacramentū. ⁊ sic respondet q; Aug⁹. loquit tm̄ de tribus sacramētis. s. de baptismo. cōfirmatiōe et ordine que nullo mō iteranda sunt. Alia vero sepius iterari possunt. vt eucharistia. penitentia et matrimoniū. quare etiaz vnctio iterat. si cm̄ morbus iterat ⁊ vnctio que est medicina morbi iterat Et tm̄ in speciali.

De ordinibus ecclesiasticis.

DI. XXIIII a

Q Vnc ad cōsideratōem sacre ordinationis accedamus. Septem sunt spiritualium officioꝝ gradus siue ordines sicut ex sanctoꝝ patrum dictis apte traditur. ⁊ capitis nostri sc̄z iesu christi exemplo monstrat. qui omniū officia in semetipso exhibuit. ⁊ corpi suo quod est ecclesia eosdem ordines obseruādos reliquit. Septem autē sunt ꝓpter septiformem gratiam sanctispūs. cuius qui nō sunt ꝑticipes. ad gradus ecclesiasticos indigne accedunt. Jlli vero in quorum mentibus diffusa est septiformis gratia spiritussancti. cū ad ecclesiasticos ordines accedūt. in ipsa spiritualis gradus ꝓmotione ampliorem gratiam ꝑcipere creduntur. Quare septē sunt.

Quales assumendi sunt ad clerꝫ

b

Tales autē ad ministeriū spūale eligendi sunt clerici. qui digne possint dñica sacramēta tractare Helius est enim dñi sacerdoti paucos habere ministros q̄ possint digne opus dei exercere. q̄ multos inutiles qui ordinatoꝝ gue onus inducant. Tales em̄ decet esse ministros christi qui septiformis spūs. septē sunt gradus ecclesiastici. sc̄z hostiariꝰ. lectores. exorciste. acoliti. subdyaconi. dyaconi. sacerdotes. Omnes tm̄ clerici vocant. i. sortiti. Clemēs papa

De corona ⁊ tonsura. c

Corona enī signaculū est. quo signanť in ptem sortis ministerij diuini. Corona regale decus significat. ⁊ seruire deo regnare est. Uñ ministri ecclesie reges esse debēt. vt se et alios regāt. ꝯbus petrus ait. Uos estis genus electum. regale sacerdotium ⁊c. Summitas capitis desup nudať. vt eorum mēs ad dñm libera monstreť. que reuelata facie gloriā dei cōtempletur. Summitas eñ capitis est eminētia mētis. denudatio capitis est reuelatio mentis. Clericus eñ secretoꝝ dei non ignarus esse debet. Tondenť etiā capilli vsq; ad reuelationem sensuū scz oculoꝝ et auriū. vt vicia in corde ⁊ ope pullulātia doceanť p̄cidenda. ne ad audiendū ⁊ intelligendum verbū dei p̄pediať mens. p quo seruato. reddeť i excelsis corona Tonsure aūt ecclesiastice vsus a nazareis exortus videť. qui prius crine seruato. deinde ob vite cōtinentiā caput radebant. et capillos in igne sacrificij ponebāt. Hinc vsus inoleuit vt qui diuinis cultibus mācipanť. quasi nazarei. i. sancti crine posito inueniant. Sicut ad ezechielem dicit. Fili hominis sume gladium acutū ⁊ duc sup caput tuū ⁊ barbā. In actibus etiā apostoloꝝ prisscillam et aquilā hoc fecisse legim⁹. Paulus quoq; ⁊ alij quidā discipuli christi hoc fecerunt. Recte ergo in quibuslibet gradibus ꝓstituti clerici vocanť. quoꝝ nomina ⁊ rationes nominū. Isidorus exponens ait. Cleros ⁊ clericos hinc appellatos esse credimus. qz Mathias electus est sorte. quem primū p apostolos legimus ordinatū. Cleros eñ grece. latine sors vel hereditas dicit. Ideo ergo dicti sunt clerici. qz de sorte sunt dñi. vel qz deum ptem habent. Generaliter vero clerici nūcupati sunt oēs qui in ecclesia dei seruiunt. quoꝝ gradus ⁊ noia sunt hec. hostiarius. lector ⁊c.

Isido. li. vj. ethimo.

De hostiarijs d

Isidorus. **Hostiarij idem et** ianitores sunt q̄ in veteri testamēto electi sunt ad custodiā templi. vt nō ingrederet in illud imundus. Dicti autē hostiarij eo q̄ p̄sint hostijs templi Ipsi eñ tenentes clauē oia intus ⁊ extra custodiunt. atq; inter bonos ⁊ malos habētes iudiciū. dignos recipiunt. indignos respuunt. Uñ ⁊ eis cū ordinanť claues ecclesie danť ab epo. Et dicit eis. Sic agite tanq; rōnem deo reddituri p rebus q̄ clauib⁹ istis recludunť Hoc officiū dñs in sua p̄sona suscepit qñ flagello de funiculis facto vēdentes ⁊ emētes eiecit de tēplo. Ipse eñ se hostiariū significās dicit. Ego sum hostiū p me si q̄s introierit et intrabit ⁊ egredieť ⁊ pasca inuenet.

De lectoribus. e

Secūdus est gra- Isidorus. dus lectoꝝ. lectores a legēdo sicut psalmiste a psalmis canēdis vocati sunt. Illi eñ p̄dicant pplis q̄d sequanť. isti cantant vt excitent ad cōpunctōem aios audientiū. licz quidā lectores ita miserabiliter pnunciāt. vt quosdā ad luctū lamētatōem q; cōpellāt. Idē etiā pnunciatores vocanť qui porro ante nunciant. qz tā erit clara eoꝝ vox. vt etiā longe positoꝝ aures adimpleāt. Ad lectores aūt ptinet lectōes p̄nūciare. ⁊ ea que ppbe nunciauerūt pplis p̄dicare. vt iā ex officio in eccl'ia legant pphetias ⁊ lectōes. Uñ ⁊ ei vidente populo tradiť ab epo codex diuinaꝝ lectionū. ⁊ dicit ei. Accipe ⁊ esto vbi dei relatoꝝ. habiturus si fideliter ipleueris officiū. ptez cū his qui bene verbū dei ministrauerūt. Qui ad hūc gradū p̄uehiť. lr̄aꝝ scientia debet esse instructus. vt sensum vboꝝ intelligat. vim accentuū sciat. distincte legat. ne cōfusione platōis intellectū auditoribus auferat. Attēdat q̄d indicatiue. q̄d interrogatiue sit legendū. vbi sit in oīone faciēda distinctio. Hec eñ male seruata. intellectū turbāt ⁊ alios ad risum p̄uocāt. auribus ⁊ cordi ꝓsulere dz vox lectoris. Hoc officiū ipleuit christ⁹ cū in medio senioꝝ libꝝ Esaie apiēs. distincte ad intelligēdū legit spūs dñi sup me ⁊c. Ex q̄ lctōribus dať intelligi qz g̃ tia spūali clarere debent q̄ alijs vbū dei annūciant. Hic ordo formā ⁊ inicū a pphetis accepisse videť. quibus dr. Clama ne cesses q̄si tuba exalta vocē tuā.

De exorcistis. f

Tertius est ordo

Isidorus. exorcistaꝝ. Exorciste aũt ex greco in latinum adiurantes vel increpantes vocant. Inuocant em̃ sup cathecuminos et sup eos qui habent spũm immundũ nomen dñi adiurantes p eum vt egrediatur ab eis. Ad exorcistam ptinet exorcismos memoriter retinere. manusq; super energuminos ⁊ cathecuminos i exorcisando imponere Debet aũt habere spũm mundũ qui spiritibus immundis imperat. ⁊ malignũ expellere de corde suo quẽ expellit de corpe alieno. ne medicina quã alij facit. sibi nõ psit. ⁊ dicat ei. medice cura teipsum. Hij cũ ordinantur accipiunt de manu epi libꝝ exorcismoꝝ ⁊ dicit eis Accipite ⁊ habetote potestatẽ imponendi manus sup energuminos vel cathecuminos. Hoc officio vsus est dñs q̃ndo saliua sua tetigit aures ⁊ linguã surdi ⁊ muti dicens. Effeta. qđ est adapire. p hoc docẽs nos spũ aliter debere apire aures pcordioꝝ hominũ ad intelligendũ. ⁊ ora ad cõfitendum. vt pulso demone. spũssanctus vas suũ recipiat. Hoc etiam officio vsus est christus cũ demoniacos multos sanauit. Hic ordo a Salomone videt descẽdisse qui quendã modũ exorcisandi inuenit. quo demões adiurati ex obsessis corpibus pellebant. Huic officio mancipati exorciste vocati sunt. de q̃bus christus in euangelio. Si ego in beelzebub eicio demonia. filij vestri scilicet exorciste in quo eiciunt.

De acolitis. g

Quarto loco succedũt acoliti.

Acoliti vero grece .latine ceroferarij dicunt. a deportãdis cereis q̃n legendum est euangeliũ vel sacrificium offerendũ. Tunc em̃ accendunt luminaria ⁊ deportant ab eis. nõ ad effugandas aeris tenebras cũ sol eo tpe rutilet. sed ad signũ leticie demonstrandũ vt sb̃ typo luminis corpalis. illa lux ostẽdat de qua legit. Erat lux vera que il. o.h. ve. in h. mũ. Ad acolitũ ptinet ppa ratio luminariũ in sacrario. Ipse cereũ portat. ipse vrceolũ cũ vino ⁊ aqua sug gesta. p eucharistia sb̃diaconis pparat. Hij cũ ordinant cum edocti fuerint ab epo qualiter in officio suo agere debeãt ab archidyacono accipiunt candelabꝝ cũ cereo. ⁊ vrceolũ vacuũ. Hoc officiuꝝ dñs se habere testat dicẽs. Ego suꝝ lux mũdi. qui sequit me nõ ambulat in tenebris. Huius officij formã illi gerebãt in veteri testamẽto q̃ lucernas candelabri cõponebãt ⁊ accendebãt igne celesti. ad illuminãdas tenebras aquilonares.

De subdyaconis. h

Quintus est ordo

sbdyaconoꝝ. grece hypodyacones vocant. quos nos subdyacones dicimus. Qui ideo sic appellant. q; subiacent pceptis ⁊ officijs leuitaꝝ. Oblatiões em̃ in tẽplo a fidelibus suscipiunt. ⁊ leuitis supponendas altaribus deferunt. Hij apud hebreos nathanei vocabant. i. in humilitate dño seruientes. Ad subdyaconũ ptinet calicem et patenã ad altare christi deferre ⁊ leuitis tradere eisq; ministrare. Vrceolũ quoq; ⁊ aquamanile et manutergiũ tenere. epo ⁊ pbiteris ⁊ leuitis p lauãdis ante altare manibus aquã pbere. His lex cõtinentie imponitur. q; altari ppinquantes vasa corpis et sanguinis christi portãt. Unde illud implere debẽt. Mundamini qui fertis vasa dñi. Ad hos etiaꝝ ptinet tm̃ de oblationibus ponere i altari. quantũ sufficere possit populo. necnõ corpales ⁊ pallas ⁊ substratoria lauare. Hij cũ ordinãtur accipiunt de manu epi patenã ⁊ calicem vacuũ. ab archidyacono vero vrceolum cũ aquamanili ⁊ manutergium. Hoc officio vsus est dñs q̃n lintheo se pcinxit. ⁊ mittens aquã in peluim. pedes discipuloꝝ lauit ⁊ lintheo tersit.

De dyaconis. i

Diaconorũ ordo

sextũ tenet locũ ppter senarij pfectionẽ Hic ordo in veteri testamẽto a tribu leui nomen accepit vel traxit. Dicunt em̃ ⁊ leuite. Precepit quippe dñs moysi vt post ordinationem aaron ⁊ filioꝝ eius.

ꝓsus tribus leui ad diuini cultus mini
steria ordinarent ⁊ cõsecrarent dño. et
seruirẽt ꝓ israel coꝝ aaron ⁊ filijs eius
in tabernaculo. Ipsiq; gestarent arcam
⁊ tabernaculum ⁊ omnia vasa eius. ⁊ in
circũitu tabernaculi excubarẽt. ⁊ in trã
portando tabernaculo ipsi deponerent
rursumq; cõponerent. A viginti vero
annis ⁊ supa iussi sunt seruire in taber
naculo quam regulam in nouo testamẽto
sancti patres cõstituerũt. quia hec etas
ad ferenda onera est robusta. Leuite er
go ex nomine antoris vocati sunt. De
leui eñ leuite exorti sunt a quibus in tẽ
plo mistici sacramenti misteria explebã
tur Hij grece dyacones. latine ministri
dicunt. quia sicut in sacerdote cõsecra
tio. ita in dyacono ministerij dispẽsatio
habetur. Ad dyaconum ꝑtinet assistere
sacerdotibus ⁊ ministrare in omnibus
que aguntur in sacramentis xpi. scz in
baptismo. in crismate. in patena ⁊ calice
oblationes quoq; iferre ⁊ disponere i al
tari. Componere eciã mensam domini
⁊ vestire. crucẽ ferre. ⁊ predicare euan
gelium ⁊ epistolam ad populum. Nam
sicut lectoribus vetus testamentum. ita
diaconibus nouũ predicare preceptum
est. Ad ipsum etiã ꝑtinet officiũ precum
⁊ recitatio cathecuminoꝝ nominũ Ip
se ꝑmonet aures habere ad dominum.
ipse donat pacẽ. ⁊ ipse ãnunciat. Quod
autem huic ordini a moyse statutũ est.
hoc etiã in nouo testamento repsenta
tur. cũ dyacono super leuum humerum
stola ponitur. ⁊ casula in diebus ieiunij
cõplicatur. quia quitq̃d laboris ⁊ susti
nẽtie in hac vita tolerat. quasi in leua
portat. donec in dextra. i. in eternitate
requies habeat Hic ordo ab apl̃is cele
bratus est. qñ vt legit in actibus apl̃oꝝ
septem viros plenos spũsancto ad hoc
officiũ elegerũt. ⁊ oꝛone ꝑmissa manus
eis imposuerũt. Unde ⁊ cõsuetudo ino
leuit vt i omni matrice ecclesia septẽ dy
acones circa christi aram quasi septẽ co
lũbe assistant. Hi sunt septẽ angeli tuba
canẽtes in apocalipsi. Qui quales esse
debeant apl̃s docet thimotheo scribẽs.
Hi cũ ordinant solus eps eis manũ im
ponit. qz ad ministertũ applicant. ponit
eis ozariũ. i. stolam sup leuũ humeꝝ. vt
ꝑ hoc intelligant se accepisse iugum dñi
suaue. qõ ad sinistrã ꝑtinentia. diuino
timori subijciãt. Accipiũt ⁊ textũ euan
gelij. vt intelligant se esse ꝑcones euãge
lij christi. Hi autẽ anteq̃ ordinent ꝑbẽ
tur vt docet apl̃s. ⁊ sic ministrent nullũ
crimen habentes. Hoc officio vsus est
christus. quãdo post cenam sacramẽtũ
carnis ⁊ sanguinis discipulis dispensa
uit. ⁊ qñ apl̃os dormientes ad oꝛonem
excitauit dicẽs. Vigilate et oꝛate vt nõ
intretis in temptatõem.

De ꝑsbiteris. k

Septimus est oꝛ
do ꝑsbiteroꝝ. Presbiter grece senioꝛ in
terꝑtatur latine. Non mõ ꝑ etate vel de
crepita senectute. sed ꝓpter honoꝛez et
dignitatẽ quã acceperũt ꝑsbiteri nomi
nant. qui moꝝ prudentia et maturitate
cõuersatiõis ꝑcellere debẽt in populo.
vnde scriptũ est. Senectus venerabilis
est nõ diuturna nec anniꝝ numero cõ
putata. Cani eñ sunt sensus hominũ et
etas senectutis vita immaculata. Ideo
aũt etiaz ꝑsbiteri sacerdotes vocant. qz
sacra dãt. qui licet sint sacerdotes. tñ põ
tificatus apicẽ nõ habẽt sicut epi. qz ip
si nec crismate frontẽ signant nec pacli
tũ dant. qõ solis deberi epis lectio actu
um apl̃oꝝ demonstrat. Unde et apud
veteres idem epi ⁊ ꝑsbiteri fuerunt. qz
illud est nomẽ dignitatis nõ etatis. Sa
cerdos nomen habet cõpositũ ex greco
et latino. quod est sacꝝ dans siue sacer
duꝝ. Sicut eñ rex a regendo. ita sacer
dos a sanctificando dictus est. cõsecrat
eñ ⁊ sanctificat corpus christi Antistes
vero sacerdos dictus est ab eo q; añ stat
primus eñ est in ordine ecclesie. Ad ꝑ
sbiteꝝ autem ꝑtinet sacramentũ coꝛpis
et sanguinis dñi i altari dei cõficere. oꝛo
nes dicere. ⁊ dona dei benedicere. Qui
cũ ordinant inungunt eis manus. vt in
telligãt se accepisse gr̃am cõsecrandi. et
charitatis opa debere exẽdere ad oẽs.
Accipiũt ⁊ stolam que vtrunq; tenet la
tus. qz debent esse muniti armis iusticie
cõtra aduersa ⁊ pspera. Accipiũt etiaz
calicẽ cũ vino ⁊ patenam cũ hostijs. vt
ꝑ hoc sciant se accepisse potestatẽ placa
biles deo hostias offerẽdi. Hic ordo a fi
lijs Aaron sumpsit iniciũ Summos eñ
põtifices ⁊ minoꝛes sacerdotes instituit

OB

deus p moysen. q̃ ex p̃cepto dei Aaron in summũ pontificem. filios vero eius vnxit in minores sacerdotes. Christus quoq; duodecim elegit discipulos p̃us quos t apl'os vocauit. quor vicem gerunt in ecclesia maiores p̃tifices. deinde alios. lxx. t duos discipulos designauit. quor vicem in ecclesia tenẽt p̃sbiteri. Unus aũt inter apl'os princeps extitit petrus. cuius vicarius t successor est pontifex summus. Unde dicit apostolicus qui t papa vocat scz pater patrũ. Qualis aũt eligi debeat p̃sbiter. apl'us scribẽs thimoteo ostendit. vbi noie episcopi p̃sbiter significat. Hoc aũt officio vsus est christus cũ seipsum in ara crucis obtulit. idem sacerdos t hostia t qñ post cenam panem t vinũ in corpus suũ et sanguinem cõmutauit Ecce de septẽ ecclesie gradibus breuiter elocuti quid ad quẽq; ptineat insinuauimus. ¶ Cũq; omnes sint spũales t sacri. excellenter tñ canones duos tantũ sacros ordines appellari censent. dyaconatus scz t p̃sbiteratus. q̃ hos solos primitiua ecclesia legit habuisse. t de his solis p̃ceptum apl'i habemus. Apostoli em̃ in singulis ciuitatibus epos t p̃sbiteros ordinauerũt. Leuitas etiã ab apl'is ordinatos legimus. quor maximus fuit beatus stephanus. Subdyaconos vero t acolitos pcedente tempore ecclesia sibi cõstituit.

Quid sit qđ hic dicit ordo l

Si autem queri quid sit qđ hic vocat ordo. sane dici pt signaculum esse. i. sacr quoddã quo spiritualis potestas tradit ordinato t officiũ. Caracter ergo spũalis vbi fit pmotio potestatis. ordo vel gradus vocat. Et dicunt hi ordines sacramenta. q̃ in eor pceptiõe res sacra. id est gr̃a cõfert quã figurant ea que ibi gerunt.

De noibus dignitatis vel officij m

Sunt et alia q̃dã nõ ordinũ sed dignitatũ vel officior nomina. Dignitatis simul vel officij nomẽ est epi. Epatus aũt vocabulũ inde dictum. q̃ ille qui epi efficit supintendat curã. s. subditor gerẽs. Scopin em̃ grece. latine intendere dicit. Epi autẽ grece. latine speculatores interptant. Naz speculator est ppositus i ecclesia dictus eo q̃ speculet atq; pspiciat populor infra se positor mores t vitam. Pontifex est princeps sacerdotũ quasi via sequẽtiũ. ipse t summus sacerdos nuncupat. ipse em̃ leuitas t sacerdotes efficit. ipse oẽs ecclesiasticos ordines disponit.

De quadripertito ordine episcoporum. n

Ordo autẽ epor quadriptitus est. s. i patriarchis. archiepis. metropolitis. t epis. Patriarcha grece. summus patr interptat. q̃ pmũ t. apostolicũ tenet locũ. vt romanus. antiocen'. alexãdrinus. sed olim summus est romanus. Archieps princeps epor Archos em̃ grece. latine princeps dicit Metropolite aũt a mẽsura ciuitatũ dicunt. Singulis em̃ puincijs pẽminent quor autoritati t doctrine ceteri sacerdotes subiecti sunt. Solicitudo em̃ totius puincie. ipsis epis cõmissa est. Omnes autez supius designati ordines epi nuncupant. Nota q̃ archiepor noie pmates supi' significasse videt. t metropolitar quos nunc archiepos dicimus Hor aũt discretio a gentilibus introducta videt. qui suos flamines. alios simpliciter flamines. alios archiflamines. alios pthoflamines appellabãt. Sacerdotes em̃ gentiliũ flamines dicebant q̃ habebãt in capite pilleũ in quo erat breuis v̈ga. desup habẽs aliquid lane. qđ cũ p estum ferre nõ possent. filũ tm̃ in capite ligare ceperũt. Nudis em̃ capitib' eis incedere nephas erat. vnde t a filo q̃ vtebant flamies dicti sunt. quasi filamines. Sed festis diebus filo deposito pilleũ imponebãt p sacerdotij eminentia. Uates a vi mẽtis appellati sunt. cuius significatio multiplex est. Modo em̃ sacerdotẽ. modo ppetã. modo poetã significat. Cantor v̈o vocat qui vocẽ modulat in cantu. Huius sunt duo genera p̃centor t succẽtor. Precentor qui vocẽ p̃mittit in cantu. succẽtor qui subsequẽ-

ter canendo rñdet. Concentor aũt dicit qz cõsonat. Qui aũt nõ cõsonat nec cõcinit. Concentor nõ erit. His breuiter tractatis ammonẽdi sunt christi ministri. quatenus sicut excellũt ordinis dignitate. ita pcellant vite sanctitate. vt plebs eis cõmissa. eorũq; disciplinis edocta. gratãter eis obediat. t eox imitatiõe de die in diem pficiat. a quibus diuina sacramenta pcipiunt t missax solennia audiunt. Missa aũt dicit vel qz missa est hostia cuius cõmemoratio fit in illo officio vnõ dicit. Ite missa est. i. sequimini hostiam que missa est ad celestia tendentes post eã. vl qz missus celestis venit ad cõsecrandũ vñicũ corpus. p quẽ ad altare celeste deferẽt hostia. vñ t dr missa est.

Ista est distinctio. xxiiij. huius quarti li. In qua mgr postq; supiº determiauit de sacramẽtis. que ordinanẽ ad remedũ vnius psone. Hic determinat de sacramẽtis in remediũ totius ecclesie. Et diuidit in duas ptes. Primo determinat ō sacramẽto ordinis. qđ ordinat ad gubernatõem ecclesie. t spũalem multiplicationẽ. Secõ ō matrimonio qđ ordinat ad multiplicatiõez fidelũ naturalẽ. Secũa ps incipit in. xxvj. distinctõe. Prima ps adhuc diuidit in duas ptes In prima determinat de sacramẽto ordinis. In secũa pte de cõferẽtibus hoc sacramentũ. t de suscipientibus. Secũa ps in. xxv. distinctiõe incipit. In prima pte triafacit. primo enim numerat sacramẽtox ordinũ. pponit. Secõ officia t dignitates que ordines sequunt subdit. Tertio quandã salubrẽ ammonitõnem subiungit. prima ps vsq; ibi. Sunt t alia que. Secũa vsq; ibi. His breuiter tractatis. Tertia vsq; ad finem dis. In spãli sentẽtia magistri stat in tribus ppõnibus quax prima est hec. Septẽ sacros ordines christus in semetipso exhibuit t istos vniuersali ecclesie obseruãdos reliquit. Hanc mgr insinuãs. pponit primo q; septẽ sunt gradus siue ordines ecclesiastici. s. hostiarij. lectores. exorciste. acoliti. subdyaconi. dyaconi. et sacerdotes. quox omnia officia christus in semetipso oñdit. t corpi suo. s. ecclesie hos ordines seruandos reliquit. Sunt aũt septem. ppter septiformẽ. s. gratiã spũssancti cuius gr̃e qui nõ sunt pticipes indigni ad gradus ecclesiasticos accedũt qui vero prius q; ad hos ordines accedãt hãc gratiam habent. in ipsa. pmotione ampliorẽ accipiũt Ex quo patet huius sacramẽti effectus. Hi autẽ ordines. ppter sui dignitatẽ dignos requirũt ministros. Ex quo patet suscipientium cõditio. Postea dicit q; hos ordines pcedit clericalis tonsura que quidem corona regalẽ dignitatem significat. qz vero in summitate capitis nudatio erectoz mẽtis ad deũ p cõtemplatõem designat. vsus autem huius tonsure inicium habuit a nasareis quox ritº paulus t christiani imitati sunt. Oẽs xo in ordinibus cõstituti clerici vocanẽ. qz in sortem domini t hereditatẽ sunt admissi. cleros enim grece sors vel hereditas latine dicit. vel qz oẽs diuino seruitio sũt mãcipati. Postea ō his ordinibus determinat singillatim incipiens ab hostiarijs q; sunt primi inter ordines gradus de quibus quatuor determinat. Primo figurã qz figurati sunt in veteri testamento p ianitores qui custodiebant templũ ne ingredereẽ in illud immũdus. Secundo nois ratiõnẽ siue officiũ. dicunẽ enim ostiarij qz psunt hostijs templi vt dignos recipiãt t indignos excludant. Tertio ordinandi modũ qz in eorum ordinatione dãtur eis claues ab episcopo cũ determinata forma verboz que episcopº dicit. s. Agite tanq; deo rationem reddituri p rebus que clauibus istis recõdũtur. Quarto institutionem qz christus hoc officium exercuit. quãdo vendentes t emẽtes de tẽplo eiecit. Unde t ipse de se dicit. Ego sum hostium p quod hostiariũ designat. Postea dicit de secundo ordine scz lectorũ. De quo sex determinat. Primo nomunis ratiõem qua dicunẽ a legendo. q; etiam pnunciatores vocanẽ. qz pcul auditox aures eox vox adimplet. Secõ officiũ qz ad eos ptinet pphetias t psalmos legere t eadẽ populis pdicare. Tertio ordinandi modũ in ordinatione libx diuinax lectionũ ab epõ accipiunt cuz determinata forma verboz. s. Accipe t esto ẋbi dei plator habiturus si fideliter adimpleueris ptem cũ his qui bene verbũ dei amministrauerũt. Quarto cõditiõem. qz qui ad hunc ordinem assumit debet scientia lr̃ax esse instructus vt distincte legat t sic possit auditoribus pdesse. Quinto institutiõem. qz hoc officiũ christus adimpleuit qñ legit illud esaie. spũs domini sup me. vt habeẽ Luvj. Sexto pfigurationem qz pfiguratũ t nunciatum est hoc officiũ in pphetis quibus dr. Clama ne cesses quasi tuba exaltra vocẽ tuam. Postea determinat de tertio ordine. s. exorcistax. de q̃bus quinq; determinat. primo nois rõnem. dicuntur enim exorciste quasi adiurantes. Secundo officiũ. qz ad eos ptinet p exorcismos suos demones ab obsessis fugare. Unde debẽt mundi esse qui spiritibus immũdis impant. Tertio ordinandi modũ qz libx exorcismox in ordinatione recipiũt ab episcopis cũ determinata forma verboz. s. Accipite et habetote potestatẽ imponendi manus sup energuminos t cathecuminos. Quarto institutiõem quis dñs hoc officio vsus est quãdo saluauit ozis sui tetigit aures t linguã surdi t muti. t demoniacos multos sanauit. Quinto figurã qz a salomone vidẽ hic ordo primitus descendisse qui quẽdã modũ exorcisandi inuenit quo demones adiurati ab obsessis pellebanẽ cordibº vnde t hoc officio mãcipati exorciste apud iudeos vocati sunt. Postea determinat de quarto ordine scz acolitox de quo quinq; determinat. Primo nois ratiõem. dicunẽ enim acoliti grece cerofetarij latine qz ceras portat ad signum leticie demonstrandũ t ad figurandũ vex lumen. scz christum. Secundo officiũ. qz ad eos ptinet luminaria portare t pparare ac subdyaconis ministrare in pparatõe vrceoli vini t aque p eucharistia. Tertio ordinandi modũ qz cande labx cum cereo t vrceolum in ordinatõe accipiũt Quarto institutiõem qz hoc officio christus vsus fuit cũ dixit. Ego sum lux mundi. Quinto figurã qz huius figura pcessit in veteri testamẽto in his qui lucernas candelabri cõtinebant. Postea determinat de quinto ordine. s. subdyaconox. de q̃ bus quatuor determinat. Primo nois rõnem. dicunẽ enim subdyaconi qz dyaconox pceptis subiacent. Hi figurati sunt in veteri testamẽto p nathaneos de quibus dicit paralenesdra q; erãt ministri leuitax. vnde nathanei dicunẽ quasi in humi-

litate dño seruientes qđ subdyaconis cõuenit qui sunt ministri leuitaꝝ. Scđo officiũ. qz calicem et patenã portant. ꝓpter qđ mundiciã habere debẽt vt impleant illud mundamini qui fertis vasa dñi. sacerdotibus ⁊ leuitis ministrant ⁊ ornamentoꝝ altaris spãlem curã habẽt. Tertio ordinãdi modũ qz patenam ⁊ vacuũ calicẽ accipiũt ⁊ vrceolum cũ aqua ⁊ manutergiũ. Quarto institutõez qz christus hoc officio vsus est qñ lintheo se pcinxit ⁊ mittens aquã in peluim pedes discipuloꝝ lauit ⁊ lintheo tersit. Postea determinat đ sexto ordine. s. dyaconoꝝ qui sexto loco ponit ad pfectionẽ que in eis esse debet. de quibus q̃nq; determinat. Primo nois rationem. qz de tribu leui nomen traxerunt. dicunt eñ leuite. vnde primo in eis figurati fuerũt dicunt eñ grece dyaconi ⁊ ministri Scđo officiũ. qz ipsis sacerdotibus in sacramentoꝝ dispensatione assistunt ⁊ ministrant. noui eñ testamenti pdicandi habent officiũ. Similiter eñ leuite q̃ leui humero stolã portant. qz labores huius vite. quã in leua portãt sicut in veteri testamẽto. Huic ordini a Moyse statutũ fuit que ad tabernaculũ ptinebant portare. Tertio cõditõem instituit tõis dyaconi. Apostoli eñ elegerũt septem viros plenos spũsancto Ñ septẽ solent esse in principalibus ecclesijs qui etiã p septẽ angelos tuba canẽtes in apocalipsi significant. quales aũt esse debeant apl'us ad Thimotheũ docet. qui anteq̃ ordinent ꝓbari debent. vt sic ministrent nullum crimẽ habentes. Quarto ordinandi modũ. qz in ordinatione eps eis manũ imponit. Nã ⁊ apl'i dyaconibus quos elegerũt ozõne pmissa manus imposuerũt. Ponit etiã stolam supra leuũ humeꝝ. Accipiunt etiã dyaconi textũ euangelij in ordinatione. Quinto institutõem. qz christus hoc officio post cenã vsus est qñ sacramentũ sui corpis ⁊ sanguinis discipulis dispensauit. ⁊ qñ apl'os dormientes ad oratõem incitauit. nã ad dyaconos ptinet pmonere aures ad deũ habere. Postea determinat de septimo ordine scz pl'biteroꝝ. de q̃bus sex determinat. Primo eñ nois rõnem. dicunt eñ pl'biteri. i. seniores ꝓpter dignitatẽ ⁊ honorẽ quẽ acceperũt. ⁊ qz moꝝ prudentia ⁊ maturitate cõuersatõis in populo pcellere debẽt. Dicunt eñ sacerdotes. vel qz sacra dant. vel in sacris sunt duces. vel qz sanctificãt. Antistites vero dicunt qz ante alios debẽt stare. Scđo officiũ. qz ad sacerdotes ptinet sacramentũ corpis ⁊ sanguinis cõficere oñones dicere. ⁊ dona dei benedicere. Tertio ordinandi modũ qz in ordinatiõe eius manus inunguñt patenam cũ hostijs. calicẽ cũ vino accipiunt. ⁊ stolã que tenet vtrũq; latus qz ptra aduersa ⁊ pspera armis iusticie debent esse induti siue muniti. Quarto figurã. qz hic ordo in filijs Aaron fuit figuratus ⁊ in. lxxij. discipulis quos christus designauit qui oꝝ vices pl'biteri in ecclesia tenent. tñ inter apl'os vnus princeps extitit. s. petrus cuius successor est summus põtifex qui etiaz đr papa. i. pater patꝝ. Quinto cõditõez vñ apl'is ad Thimocheũ oñdit qualis debeat eligi pl'biter vbi pl'biteꝝ noie cpi designat. Sexto officium qz christus hoc officio vsus est in ara crucis qñ seipsum obtulit. ille fuit sacerdos ⁊ hostia qñ post cenam panẽ ⁊ vinũ in corpus ⁊ sanguinẽ suũ mutauit. Postea dicit q̃ solũ duo ordines dicunt sacri scz dyaconatus ⁊ pl'biteratus ⁊ hos solos primitiua ecclesia habuit. alios vero ꝓcessu tpis ecclesia sibi cõstituit. ex quo ptz ordinũ differẽtia. qz q̃dã sũt sacri quidã nõ. Et dicit q̃ ordo đr qđã sacꝝ q̃ qđ specialis potestas tradit ordinato. ⁊ hi ordines dicunt sacramẽta qz in eis sacramẽtũ cõfert ⁊ significat. s. gratia. ex quo ptz ordinũ quedam ꝓueniẽtia qz eñ i oibus hmõi gradibus tradit aliqua potestas spũalis. ideo nomen ordinis oibus cõuenit. qz etiã in oibus cõfert ⁊ significat sacramentũ. ideo oẽs dicunt sacri. Postea dicit q̃ quedã sunt noia que nõ ordinem sed dignitatẽ vel officiũ noiant sicut cpi pontifices patriarche et archiepi ⁊ metropolitani. Episcopus eñ aut pontifex est. qz habet alijs intendere ⁊ principari qz eps dicit a scopin grece qđ latine intendere đr vnde etiã cpi grece dicunt latine speculatores Nã speculatoꝝ ꝓpositus in ecclesia đr in eo q̃ speculari debet moꝝes ⁊ vitã populoꝝ infra se positoꝝ. Põtifex est princeps sacerdotũ quasi via sequentũ. ipse eñ summus sacerdos nuncupat. eo q̃ sacerdotes ⁊ leuitas efficit. Deinde dicit q̃ ordo epoꝝ quadripertitus est. scz in patriarchis. archiepis. metropolitanis. ⁊ epis. Patriarcha grece summus patꝝ interp̃tatur. qz primum. id est apostolicũ tenet locum vt Romanus. Anthiocenus. Alexandrinus. ⁊ sic de alijs. Archiepus Ño summus est episcopoꝝ Et dicit ab archos qđ est pr̃iceps Metropolitan⁹ đr a mẽsura ciuitatũ q̃bus ꝑminet. Ibi nota q̃ archiepoꝝ pmates superius significasse videt ⁊ metropolitanoꝝ noie quos nunc archiepi dicimus. Scđa ꝓpositio est hec. Que sunt istoꝝ ordinũ officia clare patet ex iam pdictoꝝ sententia. Hec patet ex pmissis vt ipsamet exprimit ꝓpositio. Tertia ꝓpositio est hec Ministri christi maiores qui pcellunt ordines dignitate etiã pcellere debent vite sanctitate. Cui⁹ ratõem asserit vt plebs eis cõmissa eoꝝ imitatiõe semp ꝓficiat. Addit etiã huic vnde đr missa. qz in ea mittit hostia cuius cõmemoratio fit in sacrificio. qz missus celestis venit ad cõsecrandũ eam. Et tñ in speciali.

De ordinatis ab hereticis.

DI. XXV a

Dolet etiam q̃ri si heretici ab ecclesia pcisi et damnati possint tradere sacros ordines. ⁊ si ab eis ordinati redeũtes ad ecclesie vnitatẽ debeãt reordinari. Hanc questionẽ ꝓplexã ac pene insolubilẽ faciunt doctoꝝ verba qui plurimũ dissentire vident. Vident eñ quidã tradere hereticos sacros ordines dare nõ posse nec illos q̃ ab eis ordinant vident gratiam recipe. Dicit eñ innocẽtius. arria noꝝ clericos nõ videri suscipiendos cũ sacerdotij vel ministerij alicuius dignitate. quibus solũ baptisma ratum esse pmittit. qđ in noie patris ⁊ filij ⁊ spũssancti pcipit. Dicit etiã eos nõ posse dare spũmsanctũ quẽ amiserũt. ⁊ ordinatos ab hereticis caput habere vulneratũ. ⁊

eum qui honorē amisit honorē dare nō posse. nec illum aliquid accepisse. qm̄ indante nihil erat qđ ille posset accipere. Tradit etiā venientibus ab hereticis p manus impositōem laicam tm̄ tribuendam cōmunionē. nec ex his aliquē cleri catus honorem vel exiguū surrogare. Grego. etiā dicit sacrilegam esse arriā/ nor̄ ꝓsecratōem. cū ex eor̄ manu cōmunio pcipiť. Cyprianus etiā dicit. Omnia quecunq; faciūt heretici carnalia et inania ꝛ sacrilega esse. ꝛ eor̄ altaria falsa. ꝛ illicita sacerdotia ꝛ sacrificia sacrilega. que more simior̄ que cum homines nō sint. formam imitanť humanā. vultum ecclesie catholice ꝛ autoritatē sibi vendicant. cū ipsi in ecclesia nō sint. et cū sint sacrilegi. sacerdotiū amministrāt et altare ponūt. Cum nec sacrificari oblatio illic possit. vbi spūssanctus nō sit. nec cuiq; dñs p eius p̄ces ꝛ oratōes ꝓpsit. qui dñm ipsum violauit.

Grego. in li. ij. dialogor̄

Cipr̄ian⁹ mar ir in epl'a cō ra hereticos

Erunt aũt quatuor ordines in iudicio. Hec quippe sunt ptes. electorũ scz ⁊ reproborũ vt Greg. in moral. ait. Sed boni ordines eisdẽ singulis ptibus cõtinentur. Alij em̃ iudicãtur ⁊ pereunt. alij nõ iudicant ⁊ peunt. Alij iudicant ⁊ regnant. alij nõ iudicantur ⁊ regnant. Judicant ⁊ pereunt quibus dominica inclamatione dicet. Esurui ⁊ nõ dedistis mihi mã. ⁊c. Non iudicant ⁊ pereunt quibus dñs ait. qui nõ credit iam iudicatus est. Eorum em̃ damnatio toti ecclesie nota est ⁊ certa. ⁊ ideo dicunt tunc non iudicari. quia ad cõspectum districti iudicis cum aperta damnatione sue infidelitatis accedent. Qui vero pfessionem fidei sine operibus habent iudicabunt ⁊ peribunt. i. redarguent vt pereant. Qui vero nec fidei sacramenta tenuerũt. increpationem iudicis in se fieri nõ audient. qz infidelitatis sue tenebris p̃iudicati. eius quẽ despexerunt inuectione redargui nõ merent. Illi autẽ saltem verba iudicis audient. qui eius fidem saltem verbo tenuerunt. Illi aũt in damnatione sua eterni iudicis nec verba pcipiẽt. qui eius reuerentiam nec verbotenus seruare voluerũt. et ideo illi iudicandi. isti non iudicandi dicunt. Ex electorũ vero parte alij iudicant ⁊ regnant scz qui vite maculas lachrymis tergunt. ⁊ elemosinarũ supinductione operiũt. quibus iudex veniẽs in dextra cõsistentibus dicet. Esurui et dedi. mihi man. Alij autẽ non iudicant et regnãt. qui etiam p̃cepta legis pfecti ori virtute transcendũt. qz nõ hoc solũ quod lex p̃cipit implere ꝓtenti sunt. sed et qõ ad pfectionem cõsulit implere student. de quibus ꝓpheta ait. Dñs ad iudiciũ veniet cũ senatoribus populi sui. Et salomon de eccle sponso loquẽs ait. Nobilis in portis vir eius qñ sederit cũ senatoribus terre. ⁊ Job ait. Nõ saluat impios ⁊ pauperibus iudiciũ tribuit. Hij ergo recte sub generali iudicio non tenent. sed iudices veniũt. qz et p̃cepta generalia viuendo vicerũt. et omnibus relictis christũ secuti sunt. Recte pauperibus iudiciũ tribuit. qui quãto huic mũdo magna humilitate despecti sunt. tanto tũc maiori culmine potestatis excrescent. De talibus dicit. Qui vicerit dabo ei sedere mecũ in throno meo sicut et ego vici ⁊ sedi cũ patre meo in throno eius. Vincens dñs cũ patre in throno sedit. qz post passionis certamen ⁊ resurrectionis palmã q̃ patri esset equalis. omnibus claruit. Nobis ꝓo in throno filij sedere. est ex eiusdẽ filij potestate iudicare. Quia em̃ iudicandi p̃incipatũ ex eius virtute pcipimus. quasi in throno eius residemus. Ex his appet q̃ etiã pfectiores sancti cũ christo iudicabunt potestate. ⁊ quare quidã dicunt iudicãdi. alij nõ iudicandi.

Greg. super Job.

Apoca. iij.

De ordine iudicij ⁊ ministerio angelorum. d

Cũ aũt in euangelio legatur. q̃ dñs mittet angelos suos qui colligent de regno eius omnia scandala. ⁊ mittẽt iniquos in caminũ ignis. Et item. Exibunt angeli et separabunt malos de medio iustorũ ⁊ mittent eos in caminum ignis. Et item. Mittet angelos suos cum tuba et cõgregabunt electos a quatuor ventis. ⁊ ꝓpheta dicit. Congregate illi sanctos eius. Ministerio angelorum illa impleri dubitandum nõ est. Domino em̃ veniente ad iudicium p̃cedet ante eum ignis quo comburetur facies mundi huius. ⁊ peribit celum et terra. nõ ſm substantiam. sed ſm speciem que immutabit. celum quidem aereum nõ ethereum. Tm̃ em̃ ascẽdet ignis in iudicio. quantũ ascendent aque in diluuio. Ille aũt ignis malis qui reperti fuerint viui. erit cõsumptio. bonis vero non. Ut em̃ ait augus. Hoc erit incendiũ mundi sanctis. quod fuit caminus tribus pueris. In quibus si aliquid purgandum fuerit. per illum ignem purgabit. Alijs vero nullam ingeret molestiam. Purgato vero q̃ ignẽ mundo. et ad iudicium veniente domino. emittetur vox illa magna qua resurgent omnes mortui. et tunc ministerio angelorũ ventilabit area. qz boni cõgregabunt ibi de quatuor partibus mũdi anglico ministerio. quo ⁊ rapient obuiam christo in aera. reprobis i terra quã

dilexerunt remanentibus. Et tunc ꝑconia illa bonorum esuriui ⁊ dedistis mihi manducare. ⁊ increpationes ille malorum. esuriui ⁊ nō dedistis mihi mādu care ⁊c. ꝓferentur. vel sono vocali. vel alio modo. Deniq; ꝓferet sententia super vtroſq;. Uenite benedicti. ⁊ ite ma. ⁊c. Et ministerio angelor̄ virtute dei cooperante. mittētur mali in caminum ignis. hoc est in infernū.

Si post iudiciū demones ꝑsūt hoibus ad puniendum. e

Et solet queri vtr̄ in inferno malis ad puniendum ꝑsint demones post iudiciū. quos carnifices tortoresq; animarum scriptura appellat. Apostolus dicit. q̄ christus tūc euacuabit omnem principatū ⁊ potestatem et virtutem. Cum enim durat mūdus. angeli angelis. demones demonibus. homines hominibus ꝑsunt. Sed omnibus collectis. iam omnis ꝑlatio cessabit. Hinc quidam putant post iudicium demones non habere potestates cruciandi homines sicut modo. Sed vt demones virtute dei cruciari sine creature ministerio asserunt. sic reprobos homines ibi non ꝑ operationem demonū. sed virtute diuina tantū eternis subijci cruciatibus. Premissa tamen autoritas non id cogit sentire. que et si asserat tūc nec demones demonibus. nec homines hominibus ꝑesse. non diffinit tamē an demones ꝓsint hominibus ad torquēdum. Unde quibusdam videt̄ eos sic cōstare hominibus tortores in pena. sicut extiterūt incentores in culpa.

Ista est distinctio. xlvij. huius quarti libri. In qua magister post̄q ostensum est de remuneratione ⁊ punitione ꝓcedente iudiciū generale. Hic vero determinat de ipso iudicio et ptinentibus ad ipsum. Et tria facit. Primo enim agit de modo iudicij ⁊ assessoribus. Scdo de angelis iudicandos ad iudiciū cōgregantibus. Tertio de demonibus damnatos punientibus. Primum vsq; ibi. Non autē solus christus. Secundū vsq; ibi. Et solet queri. Tertiū vero vsq; ad finez distinctionis. In speciali sentētia magistri stat in tribus ꝓpositionibus quar̄ prima est hec. In extremo iudicio vniuersitas ꝓfectorū iudicabit collegium reproborum. Hanc magister insinuans ꝓponit primo q̄ quidam ponūt iudicium non voce vel scriptura ꝓferendum. q̄ apostolus dicit illud fieri in ictu oculi. Sed diuina virtute attestantibus cōscientijs singulorum qua pena vel quo p̄mio digni sunt. Alij vero cōtrarium ponunt ⁊ ꝝba p̄missa apostoli de resurrectionis statu ⁊ nō de iudicio intelligunt. Postea dicit q̄ nō solum christus iudicabit sed vniuersitas ꝓfectorum cum eo qui ꝑ duodecim sedes intelligunt̄ vt ꝑ duodecim tribus israel vniuersitas iudicandorum designatur. Judicabunt autem sancti nō solum cooperatione sed etiam autoritate ⁊ potestate. que tñ sit illa eorum potestas in iudicando ante q̄ videatur sciri nō potest. nisi quis hoc diuina reuelatione dicerit. Postea dicit q̄ quatuor erunt ordines in iudicio. Alij vero iudicantur ⁊ pereunt. Alij vero nō iudicant̄ ⁊ peunt. Alij vero iudicātur ⁊ saluātur. Alij nō iudicant̄ ⁊ saluantur sicut ꝑ exempla declarat. Secunda ꝓpositio est hec. Ministerio angelorum cōgregabuntur ad iudicium exercitus iudicandorum. Hanc magister ponēs ostendit quid angeli faciant. ⁊ dicit q̄ eorum ministerio cōgregabuntur omnes ad iudiciū quorum ministerio ignis ꝓflagrationis ꝓcedet quo cōburetur facies vniuersi sez huius mundi. ⁊ tantū ascendet quantum ascenderunt aque in diluuio. purgato autem ꝑ ignem mūdo diuina virtute ⁊ angelorum ministerio resurgent. boni vero angelor̄ ministerio rapient̄ obuiam christo in aera. Reprobi vero in terra quam dilexerūt remanebunt. Postea sequetur iudicium districtū ⁊ vltimum. vltima sentētia iudicis ꝓferetur qua ꝓlata iusti ibunt ad vitā eternam. Mali vero angelorum ministerio virtute dei cooperante mittentur in infernum. Tertia ꝓpositio est hec. Reprobi damnati post extremū iudicium punient̄ in inferno ministerio demonū. Hanc magister ponens querit. Utrum homines post iudicium puniant̄ in inferno virtute demonum. Et respondet ꝑm Jsiō. q̄ nō. quia post iudicium cessabit omnis ꝑlatio. Alij vo dicunt q̄ qui fuerūt incentores in culpa erunt tortores in pena Et tñ in speciali ⁊c.

De forma iudicis.

DI. XLVIII a

Solet etiam q̄ri in qua forma christus iudicabit. In forma vtiq; serui iudicabit. que omnibus in iudicio apparebit. vt videant mali in quem pupugerunt. Diuinitatem vero eius mali non videbunt. Unde Esaias. Tollat̄ impius ne videat gloriam dei. Humanitatē videbūt vt timeāt. diuinitatē vero nō. ne gaudeāt. Diuinitas em̄ sine gaudio videri nō potest.

Q̄ appebit tūc in forma serui b

Sed cuz in forma humana cõstat eum appariturum. querit an in forma illa gloriosa appareat sicut vere est. an in forma qualis in passione extitit? Quidam putant a malis talem videri qualem crucifixerunt. i. infirmam. quia dicit scriptura vt videant in quem pupugerũt? Sed aperte aug⁹. dicit formam serui glorificatam a bonis et a malis tunc videri. sic. Cũ in forma serui glorificata iudicantem viderint boni et mali. tolletur impius vt nõ videat claritatem dei que deus est. quã soli mundo corde videbunt. qõ erit eis vita eterna. Forma ergo humana in christo glorificata videbit a cunctis. vnde ꝛ christus dicit iudicaturus. quia filius hominis est. Ita eñ legit in euangelio iohannis. Et potestatem dedit ei iudiciũ facere. qz filius hominis est. Non q ipse ex ꝟtute hominis sit iudicaturus. vel q ipse solus sine patre ꝛ spiritusancto iudicium sit facturus. sed qz ipse solus in forma serui iudicans bonis et malis videbitur. Cum ergo pater nõ iudicat quẽq. sed omnẽ potestatem dedit filio. non ita est intelligendum quasi filius solus iudicet ꝛ non pater. se qz forma filij humana cunctis in iudicio apparebit. nõ in forma infima sed gloriosa. Judicabit aũt ex virtute diuinitatis nõ sine patre et spũsancto. ꝛ apparebit terribilis impijs. ꝛ mitis iustis. Erit eñ terror malis. ꝛ lumen iustis.

Aug. sup io.

Quare christus dicit iudicaturus.

Quare ſm formã ſui dicit christus ſuſcitaturus corpa. c

Et sicut dicit christus ſm formã serui iudicaturus ꝓpter causam ꝓmissam. ita etiam dicitur ſuſcitaturus corpora mortuoꝝ ſm humanitatem. cũ tamen virtute diuinitatis sit ſuſcitaturus. nõ humanitatis. Sed hac ratione illud dicit. qz in humanitate ſuscepit que est causa nostre resurrectõis. id est passionem ꝛ resurrectiõem. Jdeo eñ ascribitur ſm hominem ſuſcitatio mortuoꝝ. Unde aug. Per verbum filium dei fit animaꝝ resurrectio. Per verbum factum in carne filium hominis fit corpoꝝ resurrectio. Jtem. Judicat ꝛ ſuſcitat corpa nõ pater. sed filius ſm diſpẽſationem humanitatis in qua minor patre est christus. in eo qõ est filius dei. est vita que viuificat aias. Jn eo q est filius hominis. iudex. Ecce ſm formã humanitatis dicit ſuſcitaturus corpa ꝛ iudicaturus. Judicaturus autẽ qz illa forma cunctis in iudicio apparebit. ꝛ ſuſcitaturus qz in eadez forma meritũ ꝛ causam resurrectionis nostre ſuſcepit. ꝛ qz ſm eandem formã vocẽ dabit qua mortui de monumẽtis resurgent ꝛ ꝓcedent ſm q deus est. Uiuificat aias nõ pater tm̃. qz non tm̃ pater vita est. sed ꝛ filius cũ eo. ꝛ ſpũſſanctus eadem vita est que ptinet ad animã nõ ad corpus. Corpus eñ nõ sentit vitam sapientie. sed anima que illuminat a lumine eterno. Licet ergo christus potentia diuinitatis viuificet animas ꝛ ſuſcitet corpora ꝛ iudicet. nõ ociose tamen ꝛ ꝓter rationem ei ſm formam dei tribuit viuificatio animaꝝ et ſm formam serui iudiciũ ꝛ reſuſcitatio corporum.

Aug. sup io.

De loco iudicij. d

Putant quidam dominũ deſcenſuꝝ in vallẽ ioſaphat in iudicio. eo q ipſe ꝑ Johelem ꝓphetam sic loquit. Congregabo omnes gentes. et deducam eas in vallem ioſaphat. et diſceptabo ibi cũ eis. Jn cuius capituli expoſitione ita reperi. Hoc quidã pueriliter intelligũt q in valle que est in latere montis oliueti deſcenſurus sit dominus ad iudiciũ. quod friuoluz est. qz nõ in terra. sed in ſpacio huius aeris ſedebit cõtra locum montis oliueti ex quo aſcendit. ꝛ sicut Johãnes Chriſoſtom⁹ dicit. Angeli deferent ante eũ ſignũ crucis. vnde in euangelio veritas dicit. Et tunc apparebit ſignũ filij hominis ꝛc̃. Joſaphat autem interꝑtat iudiciũ domini. Jn vallẽ ergo Joſaphat. id est iudicij dñi cõgregabuntur omnes impij. Juſti vero nõ deſcendent in vallem iudicij. i. damnationis. sed in nubibus eleuabunt obuiam christo.

De qualitate luminariũ ꝛ temporis poſt iudicium. e

Veniente aũt ad iudicium dño in fortitudine ⁊ potestate magna. sol ⁊ luna dicunt obscurari. nõ sui luminis priuatione. sed supuenientẽ maioris luminis claritate. Virtutes quoq; celor. id est angeli dicunt moueri. nõ metu damnationis vel aliqua perturbatione pauoris. sed quadam ammiratione eor que viderint. Unde Job. Columne celi pauẽt aduentũ eius. Ante diem vero iudicij sol et luna eclipsim patient. sicut iohel testatur dicens. Sol cõuertetur in tenebras ⁊ luna in sanguinem anteq; veniet dies domini magn⁹ et horribilis. Magnus vero dicit propter magna que ibi fient. Cum aut factum fuerit celum nouum ⁊ terra noua. tunc erit lux lune sicut lux solis. testãte Esaia. et lux solis septempliciter .i. sicut lux septez dier. quia q̃tum luxit sol in prima ꝺditione septem dier ante peccatũ primi hominis. tantũ lucebit post iudicium. Minorata em fuit lux solis et lune aliorũq; siderum p peccatum primi hominis. sed tũc recipiet sol mercedem sui laboris. quia septupliciter lucebit. ⁊ tunc nõ erit vicissitudo diei et noctis. sed tm dies. Unde zacharias. Et erit dies vna que nota est dño. nõ dies neq; nox. ⁊ in tempore vesperi erit lux. quia tunc nõ erit varietas diei ⁊ noctis que modo est. sed cõtinua dies et lux. Esaias tamen videt dicere q̃ tunc nõ luceat sol vel luna loquens cõgregationi sanctor. Non erit tibi inquit amplius sol ad lucẽdum p diem. nec splendor lune illuminabit te. sed erit tibi dñs in lucem sempiternã. Sed his verbis nõ negat solem ⁊ lunam tũc lucere. sed significat his qui tunc erunt in eterna beatitudine. nullum lucis vsum p̃stare. quia vt ait hiero. sup eundem locum. Celi terre q; solis atq; lune nobis cessabit officiũ. et erit ipse dominus lumen suis in ꝑpetuum. Potest etiã intelligi illud esaie ea ratione dictũ. quia sol et luna tunc non habebunt ortum ⁊ occasum sicut nũc. Unde Jsiõ. illud esaie quasi exponens ait. Post iudiciũ sol laboris sui mercedem suscipiet. vnde ꝓpheta. Lucebit septemplicit̃ ⁊ nõ veniet ad occasum. nec sol nec luna. sed in ordine quo creati sunt stabunt. ne impij in tormentis sub terra positi fruant luce eor. vnde abacuc. Sol ⁊ luna steterunt in ordine suo. Ecce aperte dicit solem ⁊ lunam tũc lucere. sed stabiliter ꝑmanere. vbi etiam significat infernũ esse sub terra. Si vero queritur quis sit vsus lucis solis ⁊ lune tunc? fateor me ignorare. q; in scriptur s nõ memini me legisse.

Jsta est distinctio .xlviij. huiꝰ quarti libri. In qua magister postꝯ ostensum est quomodo fiet iudiciũ generale q̃tum ad modum iudicij ⁊ ministros iudicis. Hic agit de eo quantum ad psonam iudicis. Et tria facit. Primo eñ ostendit in qua forma christus ad iudiciũ veniens apparebit. Secundo subdit locũ vbi iudicabit. Tertio annectit quomodo cor̃ibus celestibus post iudiciũ maiorem claritatem dabit. Primũ vsq; ibi. Putant quidam Scõm vsq; ibi. Veniente autem ad iudiciũ. Tertium vsq; ad finem distinctionis. In speciali sentẽtia magistri stat in tribus ꝓpositionibus quar prima est hec. Christus apparens in forma humana iudicabit vivos ⁊ mortuos virtute diuina. Hanc magister insinuans ꝓponit p̃mo christum ẽm formam hominis iudicaturꝝ esse. quia deitas a malis videri nõ potest. Postea dicit q; iudicabit in forma hominis gloriosa i qua deus a bonis ⁊ a malis videbit. Addit autem q; iudicabit virtute diuinitatis. vnde quod dicit in Johã. q; pater dedit potestatem filio iudiciũ facere. q; filius hominis est. nõ est tm intelligendum q; ex virtute humanitatis sit iudicaturus. vel q; ipse solus sine patre ⁊ spiritusancto iudiciuꝫ sit facturus. sed quia ipse solus in forma serui iudicãs a bonis ⁊ a malis videbit. ẽm quem etiam modũ intelligendum est q; pater nõ iudicabit quenq; sed omne iudiciũ dedit filio. Addit etiam q; christus apparebit terribilis impijs. iustis autem mitis. Erit eñ terror malis ⁊ lumen iustis. Postea declarat p simile quod dixerat. sicut eñ ẽm formam serui christus dicit iudicaturus ꝓpter dictam causam virtute quidez diuinitatis. ita etiã virtute diuinitatis ⁊ nõ humanitatis resuscitabit mortuos tũ ẽm formam humanam sibi suscitatio mortuor attribuit. quia in ea meritum ⁊ causam nostre resurrectionis sicut ⁊ etiã redemptionis accepit et passionem ⁊ resurrectionem. qõ autoritatibus cõfirmat. Secunda ꝓpositio est hec. Ut dicit iohel ꝓpheta vallis iosaphat est locus extremi iudicij. Hanc magister ponit autoritate Johel. ij. ca. vbi iohel dicit. Judicabit christus in valle iosaphat. q; in spacio illius aeris sedebit. vel q; ad litteram cũ multis ibi disceptabit in iudicio. Ponit etiam effectũ iudicis. q; eo veniente in fortitudine magna ⁊ potestate ad iudiciũ sol ⁊ luna dicunt obscurari nõ ꝓpter sui luminis priuatõnem sed ꝓpter claritatem iudicis supuenientem. Dicunt etiam v̄tutes celor. i. angelor moueri ex ammiratiõe vi sorum. nõ metu damnationis nec ꝑturbatione pauoris. Postea dicit. q; ante diem iudicij ad litterã stelle obscurabunt ⁊ eclipsim patient. vt ostendit autoritate Johelis dicẽtis. Sol cõuertetur in tenebras ⁊ luna in sanguinẽ anteq; veniat dies magna domini ⁊ horribilis. Tertia ꝓpositio est hec Celi luminaria facta in mũdi inuocatiõe erunt q̃ nunc sunt lucidiora. Hanc insinuans dicit. q; post

iudicium facta ímonatione mūdi huius luminaria maiorem claritatem recipiēt. quod autoritate esaie ꝓbat. Tertio videlicet erit lux lune sicut lux solis ⁊ lux solis septempliciter. Si cū omnia ꝓpter peccatum hominis deteriorata sunt. ita post reparatōem eius omnia meliorabunt. ⁊ si que autoritates videnᵗ dicere solem ⁊ lunam cessare. intelligendum est quantū ad motum vel q; beati eorum lumine nō indigebunt. Quis tamen tunc futurus sit vsus solis ⁊ lune dicit se ignorare. potest tamen dici ꝓbabiliter q est in decorem ⁊ pfectionem vniuersi ⁊ in manifestationem laudis. Et tm in speciali.

De differentia mansionum in celo ⁊ in inferno.

DI. XLIX. a

Aug. Ench. POst resurrectionem vero facto vniuerso impletoq; iudicio. suos fines habebūt ciuitates due. vna christi. alia diaboli. vna bonorum. altera malorū. vtraq; tamen angelor ⁊ hominū. Istis voluntas. illis facultas nō poterit esse peccandi vel vlla conditio moriendi. Istis in eterna vita feliciter viuētibus. illis infeliciter in eterna morte sine moriendi potestate durantibus. qm vtriq; sine fine. Sed i beatitudine isti. alius alio ꝑstabilius. in miseria vo illi. alius alio tolerabilius ꝑmanebunt. Ex his apparet q sicut boni differēter glorificabunᵗ alij magis. alij minus. ita ⁊ mali differēter in inferno punienᵗ. Sicut em in domo patris. id est in regno celor mansiones multe sunt. id est pmior differentie ita ⁊ in gehēna diuerse sunt mansiones. id est supplicior differentie. Omnes tamen eternam penam patienᵗ. sicut omnes electi eundem habebūt denarium quē paterfamilias dedit omnibus qui operati sunt in vinea. Nomine denarij aliquid omnibus electis cōmune intelligitur scz vita eterna deus ipse quo omnes fruentur. sed impariter. Nam sicut erit differens clarificatio corpor. ita differens gloria erit animar. Stella em a stella. id est electus ab electo differt in claritate mētis ⁊ corporis. Alij em alijs vicinius clariusq; dei speciem cōtemplabunᵗ. ⁊ ipsa cōtemplandi differentia diuersitas mansionum vocaᵗ. Homus ergo est vna. i. denarius est vnus. sed diuersitas est ibi māsionum. i. differentia claritatis. qr vnum est ⁊ summū bonu beatitudo ⁊ vita omniū. id est deus ipse. Hoc bono omnes electi ꝓfruuntur. sed alij alijs plenius. Perfruenᵗ vero videndo p speciem nō p speculum in enigmate. Habere ergo vitā est videre vitam. id est cognoscere deū in specie. Unde veritas ait in euangelio. Hec est vita eterna vt cognoscant te. ⁊ quem misisti iesum christū esse vnum ⁊ solum verum deum. hoc est habere vitam. i. cognoscere te. nō est ipsa cognitio que tu es. sed p cognitiōem habere bonū quod tu es. id est vita.

Cassiodorus

Si omnes homines volūt esse beati. b

Solet etiaz queri de beatitudine vtz eam omnes velint ⁊ sciant que sit vera beatitudo. De hoc augus. in. xiij. li. de trinitate ita differit. Utrum est cū capescende retinendeq; beatitudinis volūtas vna sit omniū. vnde tanta existat de ipsa beatitudine rursus diuersitas voluntatum. nō q eā aliquis nolit. sed q nō omnes eam norint. Si em eam omnes noscerēt. nō ab alijs putareᵗ esse in virtute animi. ab alijs in voluptate corpis. ab alijs atq; alijs alibi atq; alibi. Quo ergo omnes amant quod nō omnes sciunt. Quis pōt amare qđ nescit sicut supra disputaui. Cur ergo beatitudo amaᵗ ab omnibus. nec tamen scit ab omnibus. an forte sciunt oēs que ipsa sit. sed nō omnes sciūt vbi sit. ⁊ inde cōtentio est. An forte falsum est quod ꝓ vero posuimus. beate viuere omnes homines velle. Si em beate viuere est (verbi gratia) fm animi vtutez viuere. quomodo beate viuere vult qui hoc nō vult. Nonne verius diximᵘ homo ille nō vult beate viuere. quia nō vult fm virtutem viuere. quod solū est beate viuere. Nō ergo omnes beate viuere volūt. imo pauci hoc volunt. si nō est beate viuere nisi fm vtutē animi viuere quod multi nolunt. Ita ne falsum erit. vnde nec ipse cicero dubitauit. Ait em. Beati certe omnes esse volumus. absit vt hoc falsum esse dicamus. Quid

Augus. in li xiij. de trini

ergo. an dicendum est etiã si nihil aliud sit beate viuere q̃ ꝑm virtutẽ animi viuere. tamẽ ⁊ qui hoc nõ vult. beate viuere vult. Nimis quidẽ hoc videt absurdum. Tale em̃ est ac si dicamus. qui nõ vult viuere beate. beate vult viuere. Istam repugnantiã quis audiat? quis ferat? ⁊ tñ ad hanc cõtrudit necessitas. si ⁊ omnes beate viuere velle vez est. et nõ omnes volunt sic viuere. qũo solum viuit beate. An illud ab his angustijs poterit nos eruere. si dicamus nihil esse beate viuere nisi viuere ꝑm delectationem suam. ⁊ ideo falsum nõ esse q̃ omnes beate viuere velint. qz oẽs ita volũt vt quẽq̃ delectat. Sed id quidem falsum est. Uelle em̃ quod nõ deceat. est esse miserrimũ. Nec tam miserum est non adipisci quod velis q̃ adipisci velle qõ nõ oporteat. Quis ita cecus sit vt dicat aliquem ideo beatũ. quia viuit vt vult. cum ꝓfecto et si miser esset. Minus tñ esset ⁊ si nihil eoz que ꝑperam voluisset habere. potuisset. Mala em̃ voluntate vel sola. miser quisq̃ efficit. sed miserior cum desideriũ male voluntatis implet. Qua ꝓpter qm̃ vez est q̃ omnes homines esse beati velint. idq̃ ardentissimo amore appetant. ⁊ ꝓpter hoc cetera que cunq̃ appetunt. nec quisq̃ põt amare quod omnino quid vel quale sit nescit. nec põt nescire quid sit qõ se velle scit? sequit vt omnes beatam vitam sciant. Omnes aũt beati habent quod volũt. q̃uis nõ omnes qui habẽt quod volũt. cõtinuo sint beati. Continuo aũt miseri sunt qui vel nõ habent quod volũt. vel id habent quod nõ recte volunt. Beatus ergo nõ est nisi qui et habet omnia que vult. ⁊ nihil vult male. Ille quippe beate viuit qui viuit vt vult. nec male aliquid vult. Cum ergo ex his duobus cõstet beata vita. licet in malis sit aliq̃s bonus. nõ tamẽ nisi finitis omnibus malis est beatus. Cũ ergo ex hac vita. qui in his miserijs fidelis ⁊ bonus est venerit ad beatã vitam. tunc erit vere quod nũc nullo modo esse põt. vt sic homo viuat qũo vult. Non em̃ ibi volet male viuere. aut volet aliquid quod deerit. aut deerit aliquid quod voluerit. quicquid amabit aderit. nec desiderabitur quod nõ aderit. Et omne quod ibi erit bonuz erit. ⁊ summus deus summũ bonũ erit. et quod est omnino beatissimũ. ita semꝑ fore certũ erit. Beatos autem esse se velle omniũ hominũ est. beatos se esse velle omnes in corde suo vident. nec tamẽ omnium est fides qua ad beatitudinem peruenitur.

Quid sit beatus.

Si quid de deo cognoscit aliq̃s qõ ibi nõ intelligant oẽs. c

Uolet etiaz queri

vtz aliquid de deo cognoscat aliq̃s magis meritus vt petrus. qõ nõ cognoscat aliquis minus meritus vt linus. Pluribus videt q̃ omnia de deo ad beatitudinem spectantia oẽs cõmuniter electi cognoscant. sed differenter. Nihil em̃ in deo noscibile maius digniusq̃ videt q̃ eum intelligere trinũ ⁊ vnũ. Hoc autẽ omnes tũc ꝑ speciem cognoscent Unde sequitur vt nõ sit aliquid beatitudini ꝑtinens incognitũ alicui beatoz. Omẽs ergo cuncta illa videbũt quoz cognitio seruit beatitudini. sed in mõ videdi different. Alius em̃ alio magis. alius alio minus fulgebit.

De paritate gaudij. d

Uolet etiaz queri

an in gaudio dispares sint. sicut in claritate cognitionis differũt. De hoc Aug. ait Multe mãsiones in vna domo erũt sz varie ꝑmioz dignitates. Sz vbi deus erit omnia in omnibus erit. etiã in dispari claritate par gaudiũ. vt quod habebũt singuli. cõmune sit omnibus. qz etiã gloria capitis omniũ erit ꝑ vinculũ charitatis. Ex his datur intelligi q̃ par gaudiũ omnes habebũt. ⁊ si disparem cognitiõis claritatẽ. qz ꝑ charitatẽ que in singulis erit ꝓfecta. tm̃ quisq̃ gaudebit de bono alterius. q̃tum gauderet si in seipso haberet. Sed si par erit cunctorum gaudiũ. videt q̃ par sit omniũ beatitudo. qõ cõstat omnino nõ esse. Ad qõ dici põt q̃ beatitudo par esset si ita esset par gaudiũ. vt etiam par esset cognitio. sed qz hoc nõ erit. nõ faciet paritas gaudij paritatẽ beatitudinis. Põt etiam sic accipi par gaudiũ. vt non referat pitas

Aug. in li. de ciuitate dei.

ad intentionem affectionis gaudentiũ. sed ad vniuersitatẽ rex de quibus gaudebit. qz de omni re vnde gaudebit vnus. gaudebũt omnes.

Si maior sit beatitudo sanctor post iudicium. e

Post hoc queri solet si beatitudo sanctor maior sit futura post iudiciũ q̃ interim. Sine omni scrupulo credendũ est eos habituros maiorem gloriã post iudiciũ q̃ ante. qz tm maius erit gaudium eor. vt supra testatus est Augus. tm amplior erit eor cognitio. Unde hiero. Peracto iudicio ampliorẽ gloriã sue claritatis deus demonstrabit electis. Si quẽ mouet quid opus sit spiritibus defunctor corpa sua in resurrectione recipe. si eis põt sine corporibus summa beatitudo pberi. Difficilis questio est. nec põt a nobis pfecte diffiniri. sed tñ dubium nõ est tm raptam a carnis sensibus hominis mentẽ. tm post mortez ipsa carne deposita nõ sic videre posse incõmutabilem substantiã .i. deũ. sicut sancti angeli vident. siue alia latentiori causa. siue ideo qz inest ei naturalis quidam appetitus corpus amministrãdi. quo retardat quodammodo ne tota intentione pgat in illud summũ celum. do nec ille appetitus cõquiescat. Porro si tale sit corpus cuius sit difficilis tm gũis amministratio sicut hec caro que corrũpitur. multomagis auertit mens ab illa visione summi celi. Proinde cũ hoc corpus iam nõ animale sed spirituale receperit equata angelis. habebit pfectum nature sue modũ obediens tm imperãs viuificata. tm viuificãs tã ineffabili facultate. vt sit ei glorie qõ fuit sarcine.

Hiero. super Osee.

Ista est distinctio. xlix. huiꝰ quarti libri. In qua mgr̃ postq̃ ostensum est de ptinentibus ad iudiciũ generale. Hic eñ cõsequẽter agit de finali remuneratione bonor. Et circa hoc tria facit. Primo eñ distinguit remunerandorum scz bonor tm malor meritum Secũdo quidem subdit qũo omnibus inest beatitudinis desiderium. Tertio etiam cõsequenter annectit non omnes equaliter habere beatitudinis pmũ. Primum vsq; ibi. Solet etiam queri. Secundũ vsq; ibi. Sed si par erit cunctor. Tertium vsq; ad finem distinctionis. In speciali sententia magistr̃ stat in tribus ppositionibus quar prima est hec. Ut ciuitas bonor post iudicium cõsummanda est in gloria tra malor in miseria. Hanc magister insinuans dicit post iudiciũ ciuitatem bonorum cõsummãdam esse in gratia. ciuitatem malor in pena. que tamen pena tm gloria diuersimode a diuersis participabuntur. Secunda ppositio est hec. Constat omnem hominem naturalẽ petere beatitudinem. Hanc magister ponẽs querit Quomodo sit intelligendum qm omnes appetũt beatitudinem. cum nõ omnes cognoscũt beatitudinem mirum est quomodo eam appetũt. Et videt respondere magister. qm omnes sciunt que sit beatitudinis ratio. nesciũt tamen vbi talis ratio inueniat. Subdit qm nõ sit vera beatitudinis ratio. habere quod delectat. sed habere quod homo vult tm nihil mali velle. quod auctoritatibus pbat. Querit postea. Utr inter bonos vnus alio in deo plura recognoscat. tm respondet qm nõ saltem de ptinentibus ad beatitudinem. sed in modo cognoscendi est differentia. Tertia ppositio est hec. In regno celorum nõ est omnino equalis beatitudo elector Hanc magister ponens querit. Utr differenter deum videntium equale sit gaudium. Et respondet fm quosdam qm sic. nõ tamen erit beatitudo equalis que nõ solum in gaudio sed etiaz in cognitione cõsistit. fm alios vero equale est gaudium quo ad omnia de quibus gaudendũ est. nõ tamen quo ad modũ gaudendi. nec quo ad intentionem affectionum gaudentiũ. Postea dicit qm sine dubio beatitudo sanctor post iudicium maior erit q̃ ante. qz maius est gaudium tm pfectior erit cognitio. Et tñ in speciali tẽ.

Si mali in inferno peccabunt.

DI. L a

Nic orit̃ questio ex p̃missis ducens originem. Supra eñ aug. loquẽs de malis in inferno damnatis. et bonis in celo glorificatis. dixit. qm nec bonis voluntas. nec malis facultas esse peccandi poterit. Et de bonis quidem constat. sed de malis a quibus voluntatem malam nõ remouet queritur? quomodo sit verum eos non posse peccare imo quomodo verum sit eos nõ peccare cũ malam habeant voluntatem?. Quidaz autumant illam malam voluntatem nõ esse peccatum. sed supplicium tñ. Alij vero peccatum esse fatentur. sed per illud eos nõ mereri aliquam penam. qz nõ est ibi locus merendi. Illud ergo peccatum dicunt nõ esse meritum supplicij sed supplicium mali meriti quod in hac

Soluit fm diuersos.

Aug. in li. de fide ad petr.

vita p̃cessit. De hoc autem aug⁹. ita dicit. Tempus acquirendi vitam eternã in hac tm̃ vita deus hominibus dedit. vbi voluit etiã penitentiam esse fructuosam. ideo hic penitentia fructuosa est. ꝙa põt hic homo deposita nequicia bene viuere. ⁊ mutata volũtate. merita simul opaq; mutare. ⁊ ea gerere que deo placeant. Quod qui in hac vita nõ fecerit. habebit quidem penitentiã in futuro seculo de malis suis. sed indulgentiam in cõspectu domini nõ inueniet. qz ⁊ si erit ibi stimulus penitudinis. tm̃ nulla erit ibi correctio voluntatis. A talib⁹ em̃ ita culpabit iniquitas sua. vt nullatenus ab eis possit vel diligi vel desiderari iusticia. Voluntas em̃ eorum talis erit vt habeat semp̃ in se malignitatis sue suppliciũ. nunq̃ tamen recipere possit bonitatis affectũ. Quia sicut illi qui cũ christo regnabũt nullas in se male voluntatis reliquias habebunt. ita illi qui erunt in supplicio eterni ignis cũ diabolo ⁊ angelis eius deputati. sicut nullam habebũt vlterius requiem. sic bonam nullatenus poterũt habere voluntatẽ. Et sicut coheredibus christi dabit pfectio gratie ad eternam gloriã. ita cõsortibus diaboli cumulabit ipsa malignitas penam. qñ exterioribus deputati tenebris nullo illustrabunt interiori lumine veritatis. Ex his apparet reprobos in inferno penitentiã sic gesturos. vt p eã prauam voluntatẽ nõ deserãt. ⁊ illa maligna voluntas erit eis ad cumulũ pene p̃ quam tm̃ nõ merebunt. qz nullus meret nisi in hac vita.

Quare dicuntur tenebre exteriores. b

Hic queri potest quare ille tenebre ꝙbus inuoluent mali in gehenna. dicunt tenebre exteriores. Quia tũc mali penitus extra lucem corporalem ⁊ spũalem scz dñi erunt. Nũc em̃ ⁊ si patiant tenebras in cecitate mentis. non tamen penitus extra lucem dei sunt. nec corpali luce priuant. De hoc Aug. sic ait. Ira dei ⁊ in iudicio erit. et hic est in cecitate mentis cum dant mali in reprobũ sensum. Ibi exteriores tenebre erũt. qz tũc peccatores penitus erũt extra deũ. Quid est em̃ penitus esse extra deũ nisi esse in summa cecitate. Siquidem habitat deus lucẽ inaccessibilẽ Hee aũt tenebre hic iam incipiũt in peccante cum ab interiori dei luce secludit. sed nõ penitus dum in hac vita est. Ecce quare ibi peccator dicit pati exteriores tenebras ⁊ nõ hic. qz ibi secludet penitus a luce dei. quod nõ hic. Sed qũo intelligenda est illa seclusio? an quia nõ videbunt deum p̃ speciem? Sed nec alii quis videt hic deum p̃ speciem. An per dissimilitudinem quã facit peccatũ inter deũ ⁊ hominem? Sed ⁊ hic multi p̃ grauia peccata elongat a deo. An quia deum odiunt ita vt velint eum nõ esse? Sed ⁊ hic multi deum oderunt. de quibus scriptum est. Superbia eorũ qui te oderunt ascendit semp̃. Que est ergo illa elongatio? Sane exteriores tenebre intelligi possunt quedã malignitas odij et voluntatis que tunc excrescet in mentibus reprobor̃. ⁊ quedam obliuio dei. qz tormentorum interior̃ ⁊ exteriorum doloribus adeo afficient ⁊ turbabunt. vt ab illis ad cogitandum aliquid de deo vix vel raro vel nunq̃ mentem reuocent. Ut qui nimio premuntur pondere. adeo stupescunt ⁊ turbantur. vt interim in alia cogitationem nõ extendant. sed illuc tendit impetus cogitationis vbi sentit vis doloris. Sed in hac vita nullus adeo malus est. vt penitus secludat a cogitatione dei. qui necdum pdit appetitum beatitudinis ⁊ quendã boni amorem quẽ naturaliter habet rationalis creatura. Illas aũt exteriores et pfundissimas tenebras reprobos perpessuros post iudicium dicit aug. opponens de illo diuite qui in inferno positus eleuans oculos vidit abraam ⁊ in sinu eius lazar̃. cuius cõparatione coactus est cõfiteri mala sua vsq; adeo vt et fratres roget ab his p̃moneri. Quod ante iudicium factum legitur. sed post iudicium in pfundioribus tenebris erũt impij. vt nullam dei lucem videbũt cui cõfiteantur.

Aug. super psal. vj.

De animabus damnatorũ. si quam habent noticiam eorum que hic fiunt. c

Augu. super psal. cviij.

Preterea q̄ri solz si reprobor anime que nunc in inferno cruciant. noticiam habent eor que circa suos in hac vita gerunt? et si aliquo modo doleant sup infortunijs suor caror? Hanc questionē aug⁹. cōmemorat ex pte eam explicans. ex pte vero insolutam relin quēs. Ait em̄. Queret aliqs an vllus dolor tangat mortuos de his que in suis post mortē ptingūt. vel qūo ea que circa nos agunt nouerint spirit⁹ defunctor. Cui respondeo magnā esse questionē nec in p̄senti disserendā. Ueruntn̄ breuiter dici pōt q̄ est cura mortuis de suis caris. vt de diuite legitur qui dum tormēta apud inferos pateret. leuauit oculos ad abraā. et inter alia dixit Habeo em̄ quinq; fratres mitte aliquē ex mortuis vt testet illis ne et ipsi veniant in hunc locū tormentor. Habēt em̄ mortui curā de viuis quos sciunt viuere. q? nec in locis penar vident eos. vbi diues sine fratribus erat. nec in requie beator vbi lazar et abraam q̄uis lōge agnoscebat. Non tn̄ ideo cōsequens est eos scire que circa caros suos aguntur hic vel leta vel tristia.

Qūo accipienda sunt que de lazaro et diuite legunt. d

Si quis autē querat quomodo intelligat quod de lazaro et diuite legit. audiat augustini respon sum dicētis. Si quis putat animas corpore exutas locis corpalibus cōtineri cū sint sine corpore. nō deerunt qui faueant et diuitem sitientē in loco corporali fuisse cōtendant. ipsamq; animā corpoream p̄parasse linguam. et stillam de lazari digito cupijsse. Sed melius est dubitare de occultis q̄ litigare de incertis diuitē in supplicio. pauperē in refrigerio esse nō dubito. Sed qūo intelligatur diuitis lingua. digitus lazari. flāma inferni. sinus abrae. et hmōi. vix a mansuetis. a cōtentiosis nunq; inuenit.

Si se vident boni et mali. e

Queri etiam solet vtr vicissim se videant illi qui sunt in inferno et illi qui sunt in gl'ia. Sicut sancti tradunt. et boni malos. et mali bonos vident vsq; ad iudiciū. Post iudiciū vero boni videbunt malos. sed non mali bonos. Unde Grego. Infideles in imo positi ante diem iudicij fideles sup se in requie attendunt. quor gaudia post cō templari nō possunt.

Grego. sup lucam.

De chaos inter bonos et malos f

Sed cū sancti malos in tormentis videant. nōne aliqua cōpassione erga eos mouent Nōne eos de tormentis liberari cupiunt. Recole illud euangelicū quod abraam diuiti respōdit. Inter nos et vos chaos magnū firmatū est. vt hi qui volunt hinc transire ad vos nō possunt. neq; inde huc trāsmeare. Quid est illō chaos inter bonos et malos. nisi hinc iusticia. inde iniquitas. que nullatenus sociari valēt. Adeo em̄ sancti dei iusticie addicti sunt. vt nulla cōpassione ad reprobos transire valeant. et nulla p eis inter sanctos fiat intercessio. Qūo ergo inde volunt aliqui trāsire ad illos sed nō possunt. q? si dei iusticia admitteret. nō fieret eis molesta liberatio eor. Uel ita dicunt velle et nō posse. nō quia velint et nō possint. sed q? et si vellent nō possent eos iuuare. De hoc ita Greg. ait. Sicut reprobi a penis ad gloriam sanctor transire volunt et non possunt. ita et iusti p misericordiā mente ire volunt ad positos in tormentis vt eos liberent sed nō possunt. quia iustor anime et si nature sue bonitate misericordiam habent. iam tunc auctoris sui iusticie cōiuncte tanta rectitudine cōstringūtur. vt nulla ad reprobos compassione moueantur.

Greg. super Lucam.

Q̄ visa impior pena nō minuit beator gloriam. g

Postremo queritur. an pena reprobozum vita decoloret gloriā beator? an eor beatitudini p̄fici at? De hoc ita grego. ait. Apud animū iustorum nō obfuscat beatitudinē aspecta pena reprobor. q? iam vbi cōpassio

Greg. super Lucam.

miserie nō erit. minuere beatorum leticiam non valebit. Et licet iustis sua gaudia sufficiant. ad maiorem tñ gloriam vident penas malox quas p gratiam euaserunt. q: qui dei claritatem vident. nil in creatura agitur quod videre nō possint. Non est autem mirandum si sancti iam immortales reprobos videant mentis intelligentia. cum pphete mortales adhuc videre hec omnia meruerunt. Egredientur ergo electi nō loco sed intelligentia. vel visione manifesta ad videndum impiox cruciatus. quos vidētes nō dolore afficientur. sed leticia saturabuntur agentes gratias de sua liberatione visa impiox ineffabili calamitate. Unde Esaias impiox tormenta describens ⁊ ex eox visione leticiam bonorux exprimens ait. Egredientur electi scilicet ⁊ videbūt cadauera virox qui p̄uaricati sunt in me. vermis eox non morietur. ⁊ ignis nō extinguetur. ⁊ erunt vsq; ad sacietatem visionis omni carni. id est electis. Letabitur enim iustus cum viderit vindictam.

Hec de pedibus sedentis sup solium excelsux quos seraphin duabus alis velabant. scriptori ⁊ si non auditori cōmemorasse sufficit. qui a facie exorsus sedētis per media ad pedes vsq; via duce peruenit.

Ista est distinctio .l. ⁊ vltima huius quarti libri. In qua magister postq; determinauit de gloria beatorum. Hic cōsequenter declarat de pena malox. Et circa hoc in hac vltima distinctione tria facit. Primo eñ inquirit an damnati habeant facultatem peccandi. Secūdo an sciant ea que agunt in hoc mundo. Tertio an sancti in celo videant damnatox penam in inferno. Primum facit a principio distinctionis vsq; ibi. Preterea queri solet. Secundū ab inde vsq; ibi. Postremo querit. Tertium vsq; ad finem distinctionis. Et tñ in generali. In speciali sententia magistri stat in tribus ppositionibus quax prima est hec. Mala voluntas damnatox put existit extra merendi statum est pena ⁊ nō culpa nec peccatū. Hanc magister insinuans querit primo vtr verū sit quod dicit aug⁹. q in malis ⁊ damnatis nō est facultas peccandi. cum tñ cōtinue habeant malā voluntatem. Et respōdet sm quosdam q illa mala voluntas nō est peccatum sed pena. Sm alios vero est culpa sed p eam nihil demerent. quia nō sunt in statu demerendi. Magister autē primam opinionem approbat. s. q talis volūtas sit pena. q: sicut cedit bonis ad gloriam q nō possunt habere malam voluntatem ita malis in penam q nō possunt habere bonam voluntatē. Postea querit cur mali dicunt esse in tenebris exterioribus. Et respondet q hoc ideo dicit. q: penitus erunt a visione excluſi. tum ppter maliciam voluntatis. tū ppter obliuionem quā in eis causabit gravitas tormentox. Ante iudicium tamen nō tam pfundas penas patient sicut post iudicium. Secunda ppositio est hec. Damnati qui in inferno tormentum patiunt nō recognoscunt ea que in mundo aguntur. Hāc magister ponens querit. vtr damnati cognoscunt ea que in mundo agunt. Et respondet q nō habent tamē curam aliquam de suis notis quando nō vident eos secum in tormentis nec in gloria cum beatis. Ubi etiam subdit q anime a corpibus separate in locis corporalibus possunt detineri ad penam. ⁊ ponit exemplum de diuite damnato. Qualiter autem sint intelligenda de diuite ⁊ lazaro dicit esse dubium ⁊ incertū. Tertia ppositio est hec. Ante extremum iudiciū beati in celo absq; cōpassione vident damnatos ⁊ eox tormenta in inferno. Hanc magister insinuans querit. an illi qui sunt in inferno ⁊ qui sunt in gloria se vicissim ⁊ mutuo videant. Et respondet q ante iudicium boni malos ⁊ mali bonos videbunt. Post iudicium vero tñ boni malos videbūt et nō econuerso. Postea querit quomodo boni possunt videre damnatos absq; cōpassione. Et respondet q hoc ideo est. q: voluntas eox pfecta est ⁊ cōformis diuine voluntati ⁊ iusticie. Postea querit vtr ex hoc q sancti vident penas damnatorum eox gloria minuatur vel gaudium augeat. Et respondet q ex hoc eox gloria ⁊ gaudium augebitur. quod pluribus auctoritatibus pbat. Ultimo magister epilogat finem opi imponēs ⁊ tangit Esaie visionem. vj. ca. qui dicit. Vidi dominū sedētem sup solium excelsum ⁊ eleuatum ⁊ plena erat omnis terra. i. domus a maiestate eius ⁊ ea que sub ipso erāt replebāt templum seraphin stabant sup illud. sex ale vni ⁊ sex ale alteri duabus velabant faciem eius ⁊ duabus velabant pedes eius ⁊ duabus volabant ⁊ clamabant alter ad alterum ⁊ dicebant. Sanctus sanctus sanctus dñs deus exercituum. plena est omnis terra gl'ia eius que quidem visio a dyonisio sic exponit. p sedentem in solio dicit designari ipsum deum. p solium excelsum ipsam eminentiā diuine nature. p domū supiorem significātur excelsiores nature deo magis ppinque que eius maiestatē plenius repsentant. p templum vero inferiores creature. s. corporales que inferiori modo diuinā pticipant bonitatem. Huius autem sedentis sup thronū facies ipsam diuinam essentiā significat. ⁊ ea que in eius eternitate fuerunt ante cōstitutionem mundi. Per pedes vero significant ea que post finem mundi erunt in gloria beatox ⁊ in penis damnatox. p media vero que cursu medij temporis agūtur. Seraphin autē facies sedentis supra thronū et pedes eius velare dicunt. q: misterium eterne diuinitatis ⁊ future beatitudinis ⁊ miserie ad plenum nō revelant. sed duabus alis velabant q: de his que medio tpe agunt nos quantū opus est misterio angelox instruimur. inter quos seraphin primatum tenent. Eorumq; volatus p pcessum revelationis eorum in nos demonstrant. Sic igitur magister breuiter ⁊ subtiliter epilogat specialiter quantum ad vltimam ptem huius quarti libri. dicens sibi sufficere commemorasse predicta de pedibus sedentis manentis in maiestate trinitatis super solium excelsum. id est de his que

fiunt in tempore iudicij quos pedes seraphin duabus alis velabant ꝛ eorum ministerio nō sunt adplenū reuelata. Secūdo epilogat generaliter ꝙntum ad totius libri ꝓcessum dicēs qꝛ ipse exorsus et incipiens a facie sedentis sup solium excelsum i. ab ipsa deitate trinitatis de qua in primo libro egit ꝓcedit ꝑ media que de duratione mūdi aguntur. que sunt creature ꝛ peccata ō quibus egit in secundo Reparatio ꝛ virtutes de quibus egit in tertio libro. ꝛ ecclesiastica sacramenta de quibus egit in prima ꝑte huius quarti libri. duce christo qui est via ꝓueniendi vsqꝫ ad pedes .i. vsqꝫ ad ea que in fine mundi ꝛ etiam que post mundum agūtur. sicut resurrectio corporum. punitio damnatorum ꝛ gloria bonorum que in delectatione ꝛ cognitione dei cōsistit. vt sic a deo incipiens eius doctrina terminetur in deo qui est causa a qua omnia et finis ad quem omnia ordinantur. Cui est honor et gloria decus et imperium in secula seculorum. Amen.

Liber sententiaꝝ magistri Petri lom. vna cū cōclusionibus magistri henrici gorichem sacraꝝ litteraꝝ interptis eximij. varijs in pūctis acuratissime emendatus. Impensis operaqꝫ laboriosa. necnō singulari cura spectabilis viri Nicolai Keslers. Basilieñ. incole et cōciuis. In singulare ꝓconium sancte ꝛ individue trinitatis. totiꝰqꝫ celestis curie. In maiusqꝫ ꝑsidium orthodoxe fidei catholice. his eneis caracteribus effigiatus cōsumatus ꝛ ꝑfectus. Anno legisgr̃e millesimo quadringentesimooctuagesimoseptimo. Decimo kalendas Junij.



Cartusiensis in Basilea





